[850224]

7543

285

(a), [illegible] (2), 50, ([illegible] includes [illegible] leaves

~~II~~ 2.
I.

æ

ANGELORVM ET DOEMONVM NOMINA ET ATTRIBVTA PASSIM IN DIVINIS SCRIPTVRIS CONTENTA, AD PATRVM SENTENTIAM EXPLICATA

AD

ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. IVLIVM ANTONIVM SANCTORIVM CARDINALEM ~~DE~~ SANCTAE SEVERINAE

AMPLISSIMVM

et

de Ecclesiastica Hierarchia

Iulio Antonio Santorio de Sta Seuerina Cardinali Ampliss.^o

Vincentius Ciconia

S. P. D.

Dei Opt. Max. nomina, Ill.^mi Præsul, et attributa sparsim in sacris literis contenta in unum redegi uolumen, per tres diuinas personas ditributa, ad Sanctissimorum Patrum ~~explicata~~ sententiam. Quod uolumen anno superiori tuo iussu Romam, cum altero uolumine oracula ad Christi fidem spectantia complectente, transmisi: ut censura et iudicio Sedis Apostolicæ, si quid, quod minus ad dotrinam Catholicam et fidei integritatem pertineat, repertum fuerit, sub Felicissimo et Auspicatissimo Sanctiss. D. D. Papæ XIXTI QVINTI nomine ~~in lucem~~, ad sacrarum literarum studiosorum utilitatem in lucem prodirent. Ad eum enim et D. attributa, et oracula iure optimo spectare arbitror, qui Christi Dei et hominis uices in terris gerat, illiusq. specimen nobis referat: ut qui eum audiat, Deum ipsum se audire intelligat. Cum autem post Deum imediate sint Angeli: et post Angelos sit Ecclesia uera et falsa, tam earum, quam illorum, atq. etiam Dæmonũ nomina et attributa in D. scripturis contenta compilaui et explicui numero supra pro quaq. parte ducenta. Quæ autem de Angelis sunt, nulli magis conuenire posse uidentur, quam Cardinalium alicui, qui imediate, sicuti Cherubim Deum, Sumũ Pontificem

sequuntur, et primæ cælestis Hierarchiæ imaginem in Ecclesiastica Hierarchia præseferunt: quare ad illos inprimis Angelorum pertinere uisa sunt nomina et attributa. Cum itaq; eorum uni essent dedicanda, nemo mihi magis idoneus et opportunius occurrit, quam Tu Præsul optime: nam cum Cherubinis multa tum diuinarum, tum humanarum scientia ita excellis, ut nulli uel sapientissimo et doctissimo sis posthabendus. Tu Seraphinorum charitate erga Deum et homines ita flagras, ut purpuram, qua merito insignitus et decoratus existis, non mentiaris: In te iustitia et ueritas, ut in Thronis Deus, residet, et firmis innixa radicibus consistit: In te Dominationum Principatuum et Potestatum resplendet imperium, authoritas et facultas: qui et tibi ipsi imperare et cæteris non tyrannico modo, sed forma et exemplum factus, gregi dominari didicisti: qui potestate facultateq; tua non ad euersionem et destructionem, sed Ecclesiæ constructionem ædificationemq; multa cum modestia uteris. Te Deus Sanctissimarum Virtutum uirtutibus omnibus decorauit, et omnibus conspicuum reddidit: Tu cum Archangelis diuini cultus es obseruantissimus, et amantissimus: Tu deniq; uitæ sanctitate, morum integritate Angelus, omnibus quidem, sed in primis mihi ille es, qui eripuit me ex omnibus ærumnis et calamitatibus: Tu mihi Michael qui me in tuam recepisti fidem: Tu Gabriel, qui læta mihi significasti: Tu Raphael, qui moerentem me et afflictum consolatus es et prope iacentem erexisti: Quid plura: Tu mihi, ut in ueteri prouerbio dici solet, Deus terrenus, cui me et si qua mea sunt, quanta quanta sunt omnino debeo. Tibi itaq; Ill.mo et Amplissi. Antistes nomina et attributa Angelorum, à me utcumq; collecta, et explicata multis nominibus, multisq; de causis debebantur. Tibi igitur

ut

ut Mariæ [illegible] Hoc meum qualecumq' [illegible], tanquam [illegible] meæ, decrepitæ et tremulæ ætatis partum postremum, dedico, et inscribo: illudq' ut in meæ erga te obseruantiæ monumentum ac pignus perpetuum læto animo suscipias peto: et non quid, sed quis et [illegible] tibi offerat deditissimo, ut consideres, meq' seruorum tuorum nu= mero ascribere ne graueris, supplex oro et mirandum in modum obtestor. Vale Patrone Singulariss.ᵉ Deus melioribus aus= picijs te seruet incolumem: Iterum atq' iterum uale.

De Angelis generatim

Divinae sapientiae et providentiae congruum esse videbatur, ut, cum creaturas
Sap. 11 condere statuisset, eas (ut scribit Sapiens) in pondere numero et mensura
Ecc. 18 crearet. Propterea quamvis (ut idem docet) omnia simul creaverit, eas tamen ordine
condidit: et ex his alias praestantissimas, alias mediocres, alias vero in-
fimas esse voluit. Primum et praestantissimum locum attribuit Angelis,
medium vero hominem, infimum habere voluit belluas. Angelos
Psal. 103 [illegible] Deus spiritus fecit intellectuales, [illegible], incorruptibiles,
et immortales: qui sibi perpetuo assistarent, laudes illius extollerent, et in
caeterarum creaturarum, et in primis hominum cura et administratione
Psal. 90 sibi inservirent. Angelis suis mandavit de te, ut
custodiant te in omnibus viis tuis. Simul autem creavit omnes ab
initio cum ipso tempore, neque eorum numerus unquam est auctus, aut
diminutus. Nam apud illos nec generationes nec corruptiones esse possunt.
Conditi autem omnes sunt a Deo boni et innocentes: Vidit enim Deus
Gen. 1. cuncta, quae fecerat, et erant valde bona: Sed cum voluntas eorum
esset ad bonum aeque ad malum libera, evenit, ut non omnes
bonum sibi oblatum delegerint, et acceperint; sed eorum maxima
pars illa recesserit a summo ~~[illegible]~~ bono ad malum lapsa sit.
Luc. 10 De his omnibus [illegible] Dominus. Videbam Satanam sicut
fulgur de caelo cadentem: Ut enim fulgur eodem fere momento,
quo enatum est, disparet: ita maxima illa Angelorum pars paulo
postquam creati sunt, ab innocentiae statu in summam malignitatem
lapsi sunt, in eaque ita confirmati fuere, ut ad pristinam innocentiam
revocari non possint; quemadmodum alii in iustitia confirmati
sunt, ut ab ea cadere non possint. omnesque n. immutabiles et (ut ita dicam)
inconvertibiles effecti sunt

Cum itaq; ex innumerabili illa cælesti familia alij, Dei munere, boni perstiterint, et alij suo uitio mali facti fuerint, cum lux et tenebræ minime conueniant ad inuicem sunt separati: et boni quidem in cœlis, ubi Dei faciem contemplantes, beati sunt, perstitere. mali uero e cœlis [illegible] Dei [illegible] in (ut multi [illegible]) locum caliginosum aeris, et in baratrum infernum sunt detrusi usq; ad Iudicij diem, ut in ignem æternum cum omnibus impijs condiciantur; Et cum longe sint diuersi, diuersum etiam sortiti sunt nomen et ingenium: boni siquidem, Angeli nomen retinuere. mali uero Dæmonis nomenclaturam attributi sunt, ~~Quod quidem~~ nomen, etsi mentem sapientem significet, pro malo tamen spiritu usurpatur, qui sapiens est, ut faciat malum: quod potius est desipere, quam sapere.

(margin: [illegible])

(margin: quamuis [illegible] non [illegible] nomi; et malis communia habeantur. Dæmonis autem)

Nemo itaq; qui prius aperte non insaniat, et qui diuinas, pariter et humanas non contempserit scripturas; quales extitere Sadducei, Angelos non esse negauit: cum id negarent, quod ipsa luce clarius etiam Ethnicis pateret, qui Deorum nomine bonos dæmones honorarunt teste Proclo, propter excellentem eorum cum Deo similitudinem. Id quod etiam in sacra historia obseruatur, in qua Angeli nomine Eloim nuncupantur. Neq; quemquam mouere debet, quod Moises nullam apertam saltem, de Angelorum creatione et lapsu mentionem faciat in suo libro Genesis: Nam cum ille hominis creationem et lapsum, nec non restitutionem narrandam suscepisset, non erat, cur Angelorum creationem et lapsum describeret: id enim præter suum scopum fuisset.

Gen. 2. Satis autem de illorum creatione dixit scribens: Igitur perfecti sunt cœlum et terra, et omnis ornatus eorum: ad cœlorum enim ornatum non sol, luna et stellæ tantum, sed maxime Angelorum exercitus, sicut ad terræ ornamentum homines, spectat. De lapsu uero satis scripsit, cum in sua

Gen. 3. historia induxit serpentem sua calliditate primos illos homines ad Dei imaginem et similitudinem formatos decipientem et corrumpentem qui alius esse non potuit, quam Angelus malus, et corruptus, qui cum

à statu

à statu Innocentiæ ad peccatum et iniquitatem defecisset, primos etiam illos
parentes nostros in eandem foveam pertraxit: de quo Dñus: Ille mendax
Io. 7. est et homicida ab initio. Fuit autem homicida ab initio, quia primos
illos parentes cum universa sua posteritate morti reos effecit illos in
anima et in corpore occidens. Propterea Sapiens scribit: Invi
Sap. 2. dia Diaboli mors introiuit in mundum.
Ut ergo ab initio deprauati sunt Angeli et Dæmones sunt effecti: ita in gratia
confirmati sunt alij, Dæmonijs penitus contrarij: qui sub nomine Cherubim
Gen. 3. ab ipso Moise describuntur: quibus datus fuerit gladius versatilis, id est
uirtus et potestas hominis et totius mundi conseruandi, et malos Dæmones
coercendi. Nisi enim bonorum Angelorum cura homines custodiantur,
et orbis conseruetur, tanta est malorum Angelorum iniquitas et potestas,
ut universa uel uno momento perdere possint, si id sibi permittatur.
Ille omnem carnem et ipsos etiam Dei filios corrupit, et corruptos cum
cæteris animantibus et terra, abissis et cæli cataractibus apertis, perdidit
et post diluuium totum fere orbem seduxit, et a Deo apostatare fecit.
Iob. 41 Quanta porro sit illius potestas ex historia Iob satis perspicitur: ubi
qua ipse testatur eam esse, ut nulla ei potestas æquiparari possit in terra.
Fuerunt itaque ab initio Angeli boni, quorum opera et uirtute ad totius
orbis, et in primis humani generis conseruationem usus est Deus,
quamuis omnia per se ipse possit et moderetur. ipso etiam Aristotele
asserente: Cælorum orbes ab intelligentiis mouentur: id a nullo eorum
negatio. Hi omnia moderantur et Dæmonijs resistunt, ut eorum
uirtutem infinitam propre [illegible] palam fiat: quia in ipsis est
Gen. 28. Dominus uirtutum. Hoc eorum ministerium Iacobo per somnum
ostendit Deus in scala illa a terra ad cælum pertinente: per quam
Angeli ascendebant et descendebant. Ascendunt enim ut orationes
et recte acta nostra ad Deum conferant: descendunt ut ad nos diuina
consilia et influxus cælestes deferant. Quam porro exactam

humani generis curam gerant, etsi ex multis historiis uidere liceat, sat tamen
psal 90 esse debet, quod de illis scribit Propheta: Angelis suis mandauit de te, ut custo-
diant te in omnibus uiis tuis. Hoc autem mandatum ab initio et per omnia
subsequentia secula executioni mandarunt Angeli: quia (ut idem Propheta
psal. 102 testatur) potentes uirtute sunt ad faciendum uerbum illius: qui licet non
nisi post annos duo millia à condito orbe hoc suum erga homines studium
declarauerint, cum omnium primo Abrahamo sub hominis forma
Gen 18 apparuerint, et cum illo collocuti fuerint, suum tamen ad externum
ministerium (inquit Dionisius) inuisibiliter mittebantur, et uisibiliter.
Quod etiam cum Lot, cum Isaac, et Iacob, et post annos ducentos
cum Mose factum est: cui (ut testatus est prothomartyr Stephanus)
Act. 7 tradita est Lex per dispositionem Angelorum: cui etiam datus est
Ex. 23 Angelus, in quo esset nomen Domini: cuius tanta erat potestas, ut pro
castris populo illi, sexcentum millium hominum, esset. Idem quoque
apparuit sub eadem hominis forma Iosue, et aliquibus Iudicibus.
Mox Dauidi, Isaiæ, Ezechieli, et Danieli, Eliæ et Eliseo (et quamplurimis aliis) uisi sunt
Angeli, et cum ~~illis~~ [illegible] illi egerunt. Frequentius autem apparuerunt, cum
Messiæ aduentus appropinquaret. Nam inprimis Zachariæ Ioannis Baptistæ parenti,
Iosepho, S.^mæ Virgini Messiæ matri se propalarunt: et in Christi na-
tiuitate à pastoribus uisi et auditi sunt canentes: Gloria in altissimis
Deo, et in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Post hos et uiris ac
mulieribus prope infinitis apparuere: Ita ut qui eos uel non esse, uel
res hominum non curare diceret, inter belluas esset amandandus.
Curant ergo ex Dei præcepto res humanas: et piorum præsertim uias
omnes, id est, actiones, custodiunt, semper quidem, sed tum præsertim,
cum ex hac uita illis sit decedendum: ne diabolus tanquam leo
rugiens eorum rapiat animas, et non sit qui eripiat, easque ad suum
inferorum consortium traducant. Origenes (quem in hoc secutus est
D. Hieronimus, et omnis Theologorum schola) cuique (ait) duo

assistunt Angeli, alter iustitiæ, alter iniquitatis. Si bonæ cogitationes et in animo iustitia pullulauerit, haud dubium, quin nobis loquatur Angelus Domini: si uero mala fuerint in nro corde uersatur, loquitur nobis Angelus diaboli. Idem de singulis prouinciis opinatur ille.

Quamuis autem Angeli unius et eiusdem naturæ sint, omnes enim spiritus facti sunt rationabiles, immortales, incorruptibiles et beati: differũt tamen inter se dignitatis ordine: non quidem quod omnes eisdem muneribus præditi non sint, sed quod alius alio in illis sit præstantior. Nam neq Solis splendor æque in omnibus stellis emicat, sed in aliis magis, in aliis uero minus. Eorum diuersitatem diuersa nomina ostendunt quidem, sed in quo differant, perdifficile est, D. Augustino dignoscere.

Patres, et in primis Dionysius ille Areopagita, nouem esse Angelorum ordines tribus hierarchiis distinctos ex sacris scripturis collegerunt, et scriptis mandarunt: ut in qualibet hierarchia sacrosanctæ Trinitatis simbolum insinuaretur. Primæ autem et Deo proximiori hierarchiæ ascripsere Seraphim, Cherubim, et Thronos: secundæ uero Dominationes, Principatus et Potestates tribuerunt: tertiam demum Virtutes, Archangelos, et Angelos continere tradiderunt: eosq in nouem
Ezec. 28. illos lapides adumbratos fuisse uoluerunt, de quibus Ezechiel scribit. Omnis lapis præciosus operimentum tuum, Sardius, Topacius, Iaspis, Chrisolitus, Onyx berillus Saphirus, Carbunculus, Smaragdus. Hæc autem nomina non propterea Angelis tribuerunt, quia his uel etiam quibusuis aliis nominibus ipsi Angeli appellentur in celis. non enim nominibus propriis indigent Spiritus illi, qui omnia intelligendo perspiciunt, nihilq opacum et tenebrosum habent, sed ipsa luce lucidiores sunt. propterea autẽ a nobis denominantur, ut per huiusmodi nomina et attributa, eorum munera et uirtutes agnoscamus et in eorum cognitionem ueniamus. Propterea animaduertendum esse arbitror, per quæcunq singularia nomina Angelorum, non unius

tantum aut singularis ordinis, sed omnium simul ordinum virtutes designant:
nihil enim habet quiuis ordo illorum, quod caeteris quoque ordinibus non sit
comune; licet quilibet ordo habeat in quo caeteris emineat, a quo singulare
et proprium illi merito est tributum nomen. In hanc sententiam ita
scribit D. Gregorius: Sic quippe in illa summa ciuitate specialia quaedam
et singularia sunt, ut sint comunia omnium, et quod in se ex parte quisque
habet, hoc in alio totum possidet: Etsi enim omnes Angeli omnium
ordinum summa ergo Deum charitate affecti sint, cum tamen maxime
omnium incendantur primae hierarchiae primi ordinis Angeli,
Seraphim sunt denominati: et sic de sequentibus. Nomina ergo uel a
praestantiori munere uel ab effectu sortiti sunt Angeli: quibus etsi
omnia diuina munera sunt comunia, non a fide catholica alienum
fuerit credere inter Angelos aliquos esse digniores, et eminentiores:
siquidem etiam inter Apostolos, Martyres, Confessores alios aliis prae-
stantiores in coelis esse pie credimus. Sed cur amplissima haec Angelorum
familia non pluribus aut minoribus nouem ordinibus est distincta, nempe
ut perspectum omnibus sit eos quidem proximiores Deo esse et omnibus
numeris absolutos, sed non idem, quod Deus, esse, qui solus numerum
denarium explet, qui est absolutissimus: cui nouenarius comparatus
Iob 4 imperfectus est. Propterea Iob dicit Deum etiam in Angelis defectum
reperire, si sibi comparentur. Sunt itaque excellentiss.i at non sicut Deus
noster, qui solus est Angelorum et rerum omnium conditor, et conseruator:
qui Angelos per huiusmodi eorum nomina nobis perspectos esse uoluit:
ut in illis, et per illos, et cum illis sanctum nomen suum laudibus omnibus
celebraremus. Numerant quoque Rabbini nouem ordines Angelorum,
sed aliis nominibus et tradiderunt Chasmal חשמל quem nostri Electrum
uerterunt, esse Angelum primi ordinis, qui similis sit igni: de quo Ezech.
Ezec. 1. 1.° 2.dum uero esse Cherubim: de quibus Gen. 3.° et Exod. 25.° 3.um
Gen. 3. esse Tharsis, qui est lapis coloris Iacinti, Hyacinthus dicitur et Angeli
Ex. 25 nomen esse uolunt: de quo Isaias 60 Et naues Tharsis ab initio
Isa 60

adducent

Isa. 33. adducent filios meos. Quartus est Arel אראל: de quo Isa. ~~33~~ 7.
Ecce Angelus eorum: clamauerunt foris; Angeli pacis amare flebunt:
Et est in quod nostri uidentes interpretati sunt: et Hebraei dicunt
esse idem, quod אל. אר. et est Angelus magnus fortis. Quintus est
Isa. 6. Seraphim שראפים: de quibus Isaias in sua uisione. Sextus sunt Malachim
מלחים ubiq. Angeli appellati. Septimus sunt Ophanim אופנים
Ezec. 1. Ezech. 1. Rotae dicti, in quibus est spiritus Dei sic appellati, quod currui
Gen. 18. Dei assistant. Octauus sunt Issim, seu Anossim אנושים. אישים. uiri
Pro. 8. ad Abraham uisi et appellati: de quibus et Salomon prouerb. 8. O uiri
ad uos clamo. Nonus sunt Elohim אלהים idest Dii frequenter appellati.
et sonat fortes uel etiam iudices. Quorum nominum etsi aliqua
cum nostris non conueniant, ad illa tamen sensu facile applicari possunt:
siue autem his, siue illis nominibus appellentur, sat erit quod in
numero nouenario conueniamus. quibus trium Hierarchiis distinguuntur ut etiam ~~De his autem omnibus [illegible]~~
~~[illegible]~~ sacros^a^ trinitatis essent exemplar ut tres primi Hierarchiae ordines ad patris, secundi uero ad filii, Tertii
itaq. demum ad spiritus sancti personam spectent, et quilibet earum referat.
Et ~~enim~~ itaq. Sanctorum Angelorum natura ingenium, mores, actiones, et
cura, quam de nobis gerunt, magis magisq. nobis innotesceret, et
sciremus quas quantasq. gratias Deo Opt. Max. habere, agere, et
referre debeamus, qui nobis nobilissimos et sibi quam proximos illos
spiritus praebuerit, qui nos et nostra a potestate, et tyrannide malorum
Angelorum tueantur, et omnia bona, nobis a Deo impetrent, et suppe-
ditent, eorum omnium omnia nomina, et attributa, quae passim
in diuinis scripturis reperiuntur, collegi. Quae numero sunt ~~[illegible]~~ centum
~~et~~ nonagintanouem: quot Assertor noster sub eodem numero
conclusit nonagintanouem iustos illos, qui non indigeant poenitentia:
quem numerum ipse unus explet, qui Deus et homo est merito Centesimus
et centesima et Angelus testamenti appellatus, qui a nullo ordine
accepit, sed in omnes influit et a quo omnes accipiunt. Et quia
contraria contrariis magis elucescunt, his addidi nomina et attributa
malorum Angelorum: illaq. et ista ad sententiam orthodoxorum

explicui et interpretatus sum. Utinam faxit Deus, ut non cum Diabolo et Angelis eius, sed cum Christo et illius Angelis aevo fruamur perpetuo. S

Ut autem quae de novem Angelorum ordinibus diximus apertiora fiant, Sam figuram arboris Sephirot Heb. proposuimus: in qua perspici potest quomodo omnes Angelorum ordines in Deum prospiciant, illi assist et ab illo accipiant, et accepta sibi inuicem communicent, et communicata nobis impertiant qui terram colimus



Gen. 28 Haec figura scalam, quam uidit Iacob in somnis terram tangentem, et ad coelum usque pertingentem, cuius summitati innixus erat Deus, et Angeli ascendebant et descendebant per eam, demonstrat: Scalae enim gradus sunt ipsi ordines beatorum spirituum, qui tanquam scalae gradus sua obedientia et uirtute haec inferiora curantes et moderantes: nec tamen superiora omittentes, sed semper Deo assistentes, et faciem illius contemplantes.

Eph. 1. Scalae cacumen est Christus Dei filius, quem Pater dedit caput (ut scribit D. Paulus) super omnem Ecclesiam triumphantem et militantem, et super omnes coelos exaltauit: cui innixus est Pater, quia ipse in patre est, et pater in illo: et in quo con-

Col. 2. quiescit illius anima, et inhabitat, (ut uerbo Pauli utar) corporaliter: de cuius plenitudine omnes accipiunt.

Primam itaque spheram tribus [illegible] et uerbo אלה notauimus quod nobis diuinam illam substantiam [illegible] (unitati trine) referat scilicet Deum trinis (patris, filii et spiritus) personis, communem et creaturis incommunicabilem et imperceptibilem.

Trinitatis diuinae personarum in una substantia in uerbo אלה parva quod est creauit demonstratur, nam in alpha aleph et beth in alphabeto patris persona quod est א et ב in littera ב filii in ל. Quae pro spiritu sancto denotatur. neque tres diversi sed unum ostendit nomen unam rerum personarum [illegible] [illegible] [illegible]

Propterea spheram illam pene totam nubibus obduximus, et super filium tantum apertam, et claram reliquimus: Sicut enim (ait ille) cognoscit me pater, et ego agnosco patrem: et iterum: Nemo nouit patrem nisi filius, neque filium nouit nisi pater, et cui uoluerit reuelare eum.

Quicquid autem creatura de Deo potest capere, id totum in filio, et per filium ei reuelatur. Nam Cherubim, Seraphim, et Throni immediate ab illo accipientes accepta transmittunt, et transfundunt in Dominationes Potestates et Archangelos. Dominationes uero Potestates et Archangeli accepta in subiectos Principatus, Virtutes, et Angelos influunt.

Influxus autem et immissio ista uno instanti fit in omnibus ordinibus: neque transmittentes euacuantur, sed pleni semper existunt, sicut canales faciunt, per quos a fonte perennis aqua deriuatur. Quae quidem diuinitatis descensus Angelorum dicitur, non quod loco, seu motu, sed uirtute potius et participatione moueantur, cum alioqui semper Deo assistant.

Ascendere autem dicuntur, cum uel de rebus inferioribus Deum consulunt, uel orationes et alia nostra opera Deo referunt. Angeli enim per

ordinem suum minime deserentes. Angeli enim per Archangelos, Archangeli per Principatus, Principatus per Virtutes, Virtutes per Potestates. Potestates per Dominationes, Dominationes per Thronos. Hi autem postremo per Cherubim et Seraphim uno (ut supra diximus) oculi ictu cum Deo agunt, faciem illius uidentes.

Isti autem beatissimi Spiritus diuersos habeant ordines, omnes tamen natura et substantia æquales sunt, et beati, et particularia omnibus sunt comunia, ut ex figura uideri potest: qua etiam una illa substantia tribus personis distincta demonstratur. ~~Et hæc satis de Angelis in genere, et de eorum ordinibus. Nomina uero et Attributa eorum sunt quæ sequun~~tur. cui per duas supra uiginti Lineas, seu canales uniuersorum spirituum ordines coniuximus, Tot enim sunt Alphabetti Heb. literæ quibus uniuersa Dei lex describitur quæ omnem amplectitur perfectionem ut denotetur Angelos omnes Deo per summam quandam perfectionem Deo esse coniunctissimos eosque sibi inuicem perfecte et inter illa subordinatione coniunctos ita ut Dei uoluntatem ~~omnes~~ [illegible] [illegible], uero perficiant. Et hæc satis de Angelis generatim quorum nomina specialia sunt supra scripta;

Angelorum nomina et attributa

1 Administri
2 Amici
3 Angeli
4 Aquæ
5 Arcangeli
6 Ariel
7 Ascendentes et descendentes
8 Astra matutina
9 Aues
10 Aures Dei
11 Azarias
12 Beati Boni
13 Brachia Dei
14 Cœli
15 Castra Dei
16 Cherubim
17 Cedri
18 Collegæ
19 Colles æterni
20 Columbæ
21 Corona
22 Conserui
23 Consules
24 Currus
25 Custodes
26 Dij
27 Domini
28 Dominus
29 Dominationes
30 Domus
31 Drachmæ
32 Duces

33 Electi
34 Electrum
35 Equi Elohim
36 Equites
37 Excelsi
38 Exercitus
39 Fabri
40 Facientes uerbum
41 Familia Dei
42 Filij Dei
43 Flamma
44 Fortes
45 Gabriel
46 Gladius
47 Ieremiel
48 Igniti
49 Incantatores
50 Lampades
51 Lapides
52 Lecticæ
53 Leones
54 Lilia
55 Lux Lucerna Lucifer
56 Messores
57 Michael
58 Militia
59 Mirabiles
60 Missi
61 Montes
62 Muli
63 Myrteta
64 Naues
65 Negotiatores Nubes
66 Nuncij
67

68 Oculi Dei
69 Oues
70 Pastores
71 Participes
72 Portæ
73 Potestates
74 Præcursores
75 Principatus
76 Principes
77 Quadrigæ
78 Raphael
79 Raziel
80 Reges
81 Sancti
82 Sepes
83 Septem spiritus
84 Seraphim
85 Signaculum
86 Spiritus
87 Stellæ
88 Terribiles
89 Throni
90 Tubæ
91 Venti
92 Vicini
93 Videntes
94 Vindemiatores
95 Vigiles
96 Viri
97 Virgines
98 Virtutes
99 Vox Dei
100 Vriel

D°

Defin. 1 Administri seu Ministri Dei Angeli sunt appellati: de his enim David
psal 102 cecinit: Benedicite Domino omnes exercitus eius, Ministri eius, qui
psal 103 facitis voluntatem eius: et psalmo sequenti de eisdem dicit: Qui facit Angelos suos spiritus, et Ministros suos ignem flammantem. Daniel
Dan. 7. quoque in praeclarissima illa Dei visione fatetur se vidisse millia millium Angelorum, qui coram Dei Throno stabant, et ministrabant ei. D. Praeterea Paulus ad Hebraeos scribens de illis: Nonne, inquit,
Heb. 2. omnes administratorij Spiritus, in ministerium missi propter eos, qui haereditatem capient salutis?

Sed cur quaeso Dei administri appellantur: ~~ut intelligamus~~ qua in re Deo administrant, et inserviunt? Dei administri appellantur, ut intelligamus Angelos neque substantia, neque natura Deos, sed creaturas esse, quae ab ipso creatore pendeant: nec eos aliud esse, quam instrumenta quaedam, libera licet, ipsius Dei: sine quibus etsi omnia possit facere, prout fecit: eis tamen tanquam instrumentis et administris utitur: non quod his ipse egeat, sed quod illi huiusmodi indigeant honore: ut Dei administri sint, et dicantur: cui inservire et administrare regnare est. Quamvis itaque omnia sine instrumentis et administris, vel unico voluntatis suae actu perficere possit: ut tamen suas creaturas, et in primis Angelos honoraret, et suae divinitatis participes faceret, eos suae voluntatis et actionum suarum fecit administros. Ipse tamen interim feriatus ab operibus ipsis, ut ait, non stetit, sed in illis et per illos omnia opera sua fecit. Quaecunque enim ille voluit, inquit Propheta, fecit in caelo et in terra. Administrant itaque Angeli Deo, sed non tanquam infirmo et imbecilli, qui vel ob suam imbecillitatem, vel ob rei magnitudinem administris indigeat, sed tanquam Domino et omnium Auctori cooperantur, ut voluntas, et verbum eius fiat: Dei enim voluntatem ipsi in primis exactissime implent: neque a verbo ipsius vel tantillum discedunt, ac ut eandem caeterae creaturae praestent, curant.

De

Optime sciunt Deum velle cælum et terram, et quæcunq in cælo et terra sunt
usq ad statutum tempus in esse proprio conservari: propterea id sedulo curant,
cælorum orbes sine ullo eorum negocio moventes. Elementa invicem
contemperantes, terram sustinentes et fœcundantes, eius provincias pro-
curantes, animalia et plantas conservantes, et hominum et
Psal 90 iustorum absolutam curam gerentes: Illis enim (inquit Propheta) Deus
mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis. Hoc unum [illegible]
à Deo inprimis illis est iniunctum: hoc ipsum summopere præstare
student. Propterea de illis dicit D. Paulus: Nonne omnes spiritus
sunt administratorij in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem
capient salutis. Deo itaq administrant, et hominibus electis præsunt
propter Deum. Singulis enim hominibus unum vel etiam plures
delegatos esse Angelos bonos, qui eos ad bonum adhortentur, et à
malo avertant, non solum sanctiss. Patres, sed doctissimi sapientes
tradidere. Affirmat siquidem Plato animis in vitalem hanc lucem
prodeuntibus Dæmonem assignari, qui sit actionum et cogitationum
omnium inspector, bona suggerens, et à malis subducens. Idq à
suo Socrate didicerat, qui palam profitebatur se habere genium à
quo ad bonum adhortaretur, et à malo dehortaretur. Hoc idem
patres sanctiss. et inprimis, D. Hieronimus, docuere: Magna (inquit
ille) est animarum dignitas, ut unaquæq habeat ab ortu in custodiam
sui Angelum delegatum. D. quoq Thomas Divinæ providentiæ
congruentiss. [illegible], scribit Angelos bonos nostræ addixisse custo-
diæ, ut ad bonum perduceremur, à quo sæpius insita imbecillitate
decideremus. Hæc ille. Adde tu quod non solum nos sumus imbe-
cilles, sed cum adversarius noster sit tanq Leo quærens, nec sit potes-
tas super terram, quæ comparetur ei, nisi Angelorum ministerio
suffulti simus, nostram salutem omnino nobis esse desperandam.
Sunt ergo administratorij spiritus, in ministerium eorum, qui salu-
Matt 18 tis hæreditatem capiunt: Angeli (inquit Dnus [illegible]) semper
vident faciem patris, ut gratiam et misericordiam ab illo nobis
obtineant

obtineant. Dionysio enim assertore Angeli nostras preces Deo
exhibent, et rebus nostris curandis praesunt, semper quidem, sed
tum praecipue, cum ex hac uita nobis est decedendum, ne anima
nostrae à Leone praeparato ad escam rapiantur, et nõ sit qui eripiat;
sed eas potius ad salutis haereditatem prouehant, et coram Deo inter
ipsos Angelos sistant. Hoc enim illorum studium satis expressit
Luc. 16. Christus de Lazaro mendico asserens, quod per Angelorum manus
Matt. 4 fuerit deportatus in sinum Abrahae, qui erat salutis locus. Ipse
Luc 22 etiam uoluit habere Angelum administratorem, qui se in horto consolaretur, ut signi-
ficaret eos, qui cum pietate ex hac uita migrauerint, Angelos habi-
turos esse consolatores, et ductores ad aeternam illā haereditatem.
Quamuis autem Angeli appellentur et sint nostri administratores, non
tamen nobis sunt inferiores: siquidem neq́ Christus nobis propte-
rea est minor quod administrare, et non administrari uenerit:
Idcirco uox Heb. משרת Massoret, quae Administer sonat uenit
à uerbo שרה quod dominari et praeesse significat: ut intelligamus
Angelos et eos omnes, qui nobis diuina munera administrant
in Dominos et Principes nostros nobis esse tenendos et habendos:
sicuti Christus Apostolos suos facere debere docuit, postquam
administri et serui officium peregerat, qui eorum Dominus et
Magister esset. Idem etiam nobis de Angelis est sentiendum.
Caeterum singularem illam curam Angelorum erga homines multis
exemplis demonstrare possem, et ministerium eorum confirmare,
sed quia illa omnibus satis obuia sunt, de industria illa omitto
et studioso lectori indaganda relinquo. Unum tamen non est
praetermittendum, quod de Christo est scriptum, ut quod praecessit
in capite, de membris etiam praesumatur. Ut enim consumata ten-
Mat. 4 tatione Diaboli accesserunt Angeli, et ministrabant ei: ita
omnia electis subministrant, quibus non solum Diaboli superent
tentationes, sed haereditatem salutis adeant. Etsi enim non

uisibiliter, et sensibiliter electis adsunt, inuisibiliter tamen, et insensibiliter in necessitatibus suffragia ferunt. Hoc enim ut agant in mandatis habent: Ipsi uero ministri potentes sunt, ut faciant uerbum eius. Non itaq; nobis à Diaboli astu et uersutia timendum est, quando ut Eliseo

4 Reg. 6 ostensum est, plures sunt pro nobis, quam contra nos: plus enim uel unus potest Angelus, quam multi Dæmones.

2 Amicos et Amicas Angelos cælestesque illas Virtutes satis aperte denominauit
Luc. 15 Dominus in parabola, quæ apud Lucam scribitur de eo, qui amissam ouem cen-
tesimam reperiens conuocat amicos et uicinos, qui sibi congratulentur. Et
de muliere, quæ inuenta drachma decima, quam perdiderat, conuocat
amicas et uicinas dicens: Congratulamini mihi; quia drachmam, quam
perdideram, inueni. Statim enim ibi subdit: Ita dico uobis. Gaudium
erit in cœlo coram Angelis Dei super uno peccatore pœnitentiam agente.
Ouem centesimam et Drachmam decimam hominem peccatorem ad Deum
conuersum et pœnitentem esse, nulli dubium esse potest. Amicos uero
necnon Vicinos, Amicas et Vicinas Angelos esse declaratione non
eget, cum Christus id declarauerit. Quæ Amicæ uel Vicinæ, scribit
D. Gregorius, nisi illæ potestates cœlestes sunt iam superius dictæ, quæ
tanto supernæ sapientiæ iuxta sunt, quanto ei per gratiam continuæ
uisionis appropinquant etc. Idem etiam ibidem: Inuenta oue domum
redit, quia pastor noster, reparato homine, ad regnum cœleste redit.
Ibi amicos et uicinos inuenit, illos uidelicet Angelorum Choros, qui
amici eius sunt, quia uoluntatem eius continue in sua stabilitate custodi-
unt. Vicini quoque eius sunt, qui claritate uisionis illius sua assiduitate
perfruuntur. Sunt itaque Angeli Christi et eorum, qui pœnitentiam
agunt, amici et uicini: quod non amicitia tantum, sed quadam ui-
cinitate illi proximi sunt: qui ut inimici sunt Diaboli, quod pœni-
tere nesciat, eorumque omnium, qui illum æmulantur: ita amici
sunt eorum, qui etsi ob carnis imbecillitatem, et naturæ deprauationem
in peccatis labuntur, non tamen in eis indolentes perseuerant usque
in finem: sed per pœnitentiam resiliunt, et ab iniquitate ad ius-
titiam resipiscunt. De eorum resipiscentia mirum in modum
lætantur, sicuti de impœnitentium interitu contristantur. Nam illud
est proprium ueræ amicitiæ, ut de amicorum aduersis doleamus, et
de prosperis gaudeamus: qui enim uerus est amicus, omni tempore
Eccl. 22. amicum diligit. Si gladium, inquit sapiens, produxeris in amicum

ne desperes: est enim in gratiam reditus. Qui peccat, quasi gladium in Deum et sanctos illius stringere uidetur: sed si per paenitentiam reuertatur, non abycietur foras: est enim apud Deum aditus ad illius gratiam: Quia uerus est amicus et uicinus: Est enim Deus de proximo, et non de longinquo: Et Angeli similiter amici sunt, et uicini nostri: qui si a nobis inuocentur, et commoueantur, statim nobis aderunt, ut simul cum illis laetemur et exultemus de salute parta per Christum.

Amici ergo sunt Angeli, quia (ut scribit D. Augustinus) diligunt consocios suos: per quos suae ruinae scissuras instaurari expectant: Ideo ingenti cura et uigilanti studio adsunt nobis, omnibus horis et locis succurrentes, et prouidentes necessitatibus nostris, et sollicite discurrentes inter nos et gemitus nostros, et suspiria nostra referentes ad Deum, ut impetrent nobis facilem suae benignitatis propitiationem, et referant ad nos desideratam suae gratiae benedictionem. Ambulant enim nobiscum in omnibus uijs nostris, et intrant, et exeunt nobiscum attente considerantes, quam pie, quam honeste in medio prauae nationis conuersemur: quanto studio quantoque desiderio quaeramus Regnum Dei, et iustitiam eius: quanto timore et tremore seruiamus illi; et exultemus in laetitia cordis nostri. Adiuuant laborantes, protegunt quiescentes, hortantur pugnantes, coronant uincentes, congaudent gaudentibus, compatiuntur patientibus. Grandis est eis cura de nobis, et magnus dilectionis affectus eorum erga nos. Et hoc totum propter honorem inaestimabilis Dei Charitatis, qua dilexit nos: diligunt enim quos ille diligit, custodiunt quos custodit, odiunt, quos odit. Haec ille: Quibus omnia fere Angelorum erga nos beneficia est complexus: interque illud est praecipuum, quod nos a sempiternis nostris hostibus tueantur, ne funditus nos perdant. De quibus Iob: Numquid non concident eum,

Iob 40 (Diabolum scilicet) amici? et diuident illum inter negociatores?

De Angelis loquitur, qui tandem Diabolum confessuri sint: et, ut docet
Ap. 20 D. Joannes, in inferno perpetuo cruciandum relegaturi. Quod autẽ
in nostra editione apud Iobũ legitur Amici, Heb. est חברים Cheravim et
proprie socios coniunctos, et collegas significat: quamuis Paraphras=
tes Chaldaeus Sapientes, et alij Rabbini Incantatores interpre=
tentur. Quae omnia aptissime Angelis conueniunt: qui respectiue
et ad nos et ad ipsum Diabolum socij, collegae et coniuncti esse uiden=
tur propter simbolum, quod inter nos et illos intercedit: quando nos
sicut illi rationabiles et intellectuales ac Dei et eiusdem beatitudinis
capaces simus. Quod si morum similitudo est maxima amicitiae
conciliatrix, non mirum si Angeli amici, socij, coniuncti, et colle=
gae nostri sint: quando praesertim inter illos perpetuo felices et beati
simus uicturi.

Psal. 57 Incantatores porro sapientes dicuntur etiam a propheta Dauid. Sunt
(inquit) quasi aspis surda, quae obturat aures suas, ne audiat uocem
Incantantium Incantantium sapienter uel perite. Aspis surda sũt
Diaboli; sapientes uero Incantatores sunt Angeli: qui diuina sua
uirtute serpentes ex cauernis educunt, immobiles reddunt, et
innoxios: itaut facile, uel a puero et capi et interimi possint.
Hoc autem faciunt Angeli, quia sunt Amici nostri, et inimici
inimicorum nostrorum....

De

3 Angeli nomen, inquit, D. Hieronymus, late usurpatur. Nam non solum
est, ut docet ... Aegyptius, est nomen equiuocum — ad bonos et malos spiritus, sed ad prophetas et sacerdotes, aliosque quosque
qui laeta nuncient, et in primis ad ipsum Dei filium: quia Angelus
Testamenti est appellatus, transfertur. Est enim nomen, ut D. Ambrosio,
Augustino et Gregorio placet non naturae, sed officij. Spiritus, inquit
D. Augustinus, sunt Angeli: et cum spiritus sunt, non sunt Angeli:
Cum autem mittuntur sunt Angeli: Angelus enim officij nomen est
non naturae. Quaeris nomen huius naturae? Spiritus est: quaeris
officium Angelus est: Ex eo quod est, spiritus est: ex eo, quod
agit, Angelus est. Nuntius autem significat, quod horum beatorum
spirituum proprium sit diuinam uoluntatem ipsis reuelatam a
psal. 103 Deo hominibus notam facere et annunciare: de quibus ait Propheta
Qui facit Angelos suos spiritus. Hysteron proteron. id est. Qui facit
spiritus Angelos, mittendo eos, ut nuncient, quod ipse iusserit.
Ex quocunque itaque ordine aliquis sanctorum spirituum ad aliquid
uel agendum uel nuntiandum mittitur a Deo, Angelus est et dicitur.
In hoc autem differunt spiritus mali a bonis, quod illi et iussi et non
iussi temere nunciant et agunt: isti uero non nisi iussi agunt et
nunciant: Illi spiritus sunt mendaces, et mendacia loquuntur:
Isti ueraces sunt, et uera fide accepta referunt: neque a se ipsis sed
missi ueniunt. Propterea cum agunt aut nunciant, Dei nomen in
ipsis loquentis iure optimo sibi usurpant: non enim ipsi sed Deus
in ipsis et per ipsos nobis loquitur. Per malorum autem spirituum
os non loquitur Deus: qui cum loquuntur, ex proprijs et sibi agnatis
mendacibus loquuntur: ut seducant, sicuti scriptum est: Ero
3. Reg. 22 mendax in ore prophetarum mendacium.

Angeli ergo Dei nuncij dicuntur: non quod Deus nuntijs egeat, ut sciat
quod nesciat, cuius oculis omnia nuda et aperta sunt; sed habet nun-
cios, ait, D. Augustinus, propter nos homines, et propter ipsos An-
gelos: quia illo modo Deo parere et assistere, ut eum de inferioribus

consulant

consulant, eiusq supernis præceptis et iussis ut obtemperent, bonum est eis in ordine propriæ naturæ atq substantiæ. Et hoc est quod ei dicuntur nonnulla nunciare: non ut ipse ab eis discat, sed ut ab illo ipsi per uerbum eius sine corporali sono nuncient, quod uoluerit, ab eo missi ad quos uoluerit, totum ab illo per uerbum eius audientes: idest: in eius ueritate inuenientes quid sibi faciendum, quid, quibus, et quando nunciandum sit. Hæc ille. Cum itaq spiritus illi sanctissimi non ueniant nisi à Deo missi, et ~~summa~~ summa fide iussa illius facessant, Angeli, Hebr. מלאכים Malachim, idest, Missi, et Nuncij appellantur. Per istos autem Deus nonnisi bona hominibus nunciat: per malos autem Angelos mala immittit: Euentus enim et immissiones malæ per Angelos malos occurrunt. Psal 77 Sunt autem substantiæ separatæ à Deo creatæ: nam hoc nomen מלאך sonat quod substantiam, et opus significat.

Siue autem mittantur, et descendant, corporali specie assumpta, ad nos, semper tamen Deo assistunt, et illius faciem contemplantur: Etsi enim Angeli circumscripti sint, et locum occupent, cum sub certa forma apparent, Deus tamen est incircumscriptus: et cum ubiq sit, locum tamen non occupat. Propterea siue Angeli sint in cœlis, siue in terris, et infra terram, semper Deum habent præsentem, et uident illum sicuti est, et ab illis percipi potest. Apud quem nostræ salutis sunt ualde solliciti. Angeli rerum nostrarum curam gerunt: Arcangeli his maiora nobis procurant: Virtutes fortes nos in fide et aduersis faciunt: Potestates nos contra Sathanam armant: Dominationes ut nobis ipsis dominemur, faciunt: Principatus Sathanam sub pedibus nostris cum mundo et concupiscentiis carnis subijciant: Throni nos in Deo collocant, ut in eo conquiescamus, pacem habentes: Cherubim Dei intelligentiam, et rerū diuinarum notionem impetrant: Seraphim omnium uirtutum maiorem charitatem nobis obtinent qua Deum super omnia diligamus. Quia ergo ordines electi aliquando collocandi et numerandi sunt, superest (inquit D. Gregorius) ut ipsi quoq, qui ad celestem patriam redeunt, ex eius agminibus aliquid imitentur.

Super omnia autem omnes Angeli pacem [illegible] à Christo comēndatam [illegible]

Isa. 33 Sicut Angeli pacis ab Isaia sint appellati. Pacem enim, ut semper illibatam et integram inter se seruant, ita eandem inter nos conseruari gaudent. Propterea in Christi natiuitate, eam annunciantes dixerunt: Gloria in

Luc. 1. excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonae uoluntatis. Angeli itaque nomen boni et [illegible] minus est nomen quamuis quandoque pro malo daemone usurpetur. Nam et ille Angelus appellatur [illegible] sed malus, pessimus, crudelis et sathanas: Sed Angelus bonus, Angelus pacis, [illegible], [illegible], [illegible] malorum et [illegible] nuncupatur. [illegible] itaque [illegible] proprie [illegible] ille bonus Angelus est nuncupatus.

4 Aquæ, quæ super cœlos sunt Angelos esse Sancti Patres, et aliqui ex Hebræ-
orum Rabbinis sensere: quandoquidem uerisimile non sit, aquas
esse super cęlos, aut superiora eorum aquis esse contecta: sicut dicit Propheta.
psal. 103 Qui tegit aquis superiora eius: Non enim hæ sunt aquæ, de quibus Moises
Et diuisit aquas, quæ erant sub firmamento ab iis, quę erant supra fir-
mamentum: sunt enim aquæ istæ materiales, licet aliæ ab alijs sint
natura distinctæ: inter eas et illas, quasi interstitio posito firmamento
seu expansione Heb. רקיע, quod est aëris elementum: infra quod sunt
aquæ, quæ maria appellata sunt: et supra quod aliæ sunt aquæ alterius
qualitatis: quæ quia à nostra notitia remotæ sunt, etiam nomine carent
in diuinis scripturis. Et forte sunt illa aeris pars frigidissima et obscu-
rissima ipsis etiam auibus inaccessa: ad quam radiorum solis calor refle-
xus non pertingit: quæ cum sit super aerem hunc, qui etiam cęlum
appellatur, super cęlos esse dicuntur.

De iis itaq. non loquitur Propheta, qui de Deo loquens dicit. Amictus lumine
sicut uestimento, extendens cęlum sicut pellem: ea siquidem facilitate
cęlos creauit, et expandit, ac si pellis tenuam extendisset. Sequitur: qui tegit
aquis superiora eius: qui ponit nubes currum suum; qui ambulat super
pennas spirituum. Quæ omnia cum metaphorice sint dicta, de more
suo Propheta metaphoram explicans, statim subdit: Qui facit
Angelos suos spiritus, et ministros suos ignem urentem. Significat
itaq. Aquas illas nubes et currus Angelos et ministros suos esse.
Ap. 17 Nam quemadmodum aquæ terrestres (ut testatur D. Joannes in sua
reuelatione) populi multi linguæ et nationes sunt: ita aquæ, quæ super
psal. 148 cęlos sunt Angelorum est multitudo, et copia tanta, ut cęlos omnes
operiant. Sunt (scribit D. Augustinus) aliæ aquæ, quæ super hoc
firmamentum credo, immortales, et a terrena corruptione secretę: laudent
nomen tuum: laudent te supercęlestes populi Angelorum tuorum etc.
D. Ambrosius eandem secutus est sententiam per aquas Angelos
accipi. D. quoq. Gregorius: Quid aquarum nomine, nisi sanctos
Angelorum designantur chori: de quibus scriptum est: Et aquæ, quæ

Psal. 148 super cælos sunt laudent nomen Domini. Sed cur aquarum nomine
supercælestes illi spiritus ueniunt? nempe quod ut aqua prima extitit
in rerum uisibilium creatione, ita ut Empedocles omnia ab illa orta
Eccl. 29. fuisse asseruerit: Et Salomon uitæ hominis principium aquam esse
dixerit: ita rerum inuisibilium principium in ordine et dignitate fuere
Gen. 1. Angeli: Propterea Moises scripsit: Et spiritus Domini ferebatur uel
incubabat super aquas. Cum ergo primum a Deo fuerit creata natura illa
Angelica: quæ est omnium fœcundissima: quæ a spiritu Dei continue
mouetur et agitur: sicut aqua terrestris ab insito motu mouetur et agitatur
terrenum, Aquæ fuerunt appellati: non quod illi aquæ sint, quos Deus
spiritus esse uoluit, sed quod cum aquis habeant aliquam similitudinem
fœcunditatis et [illegible]. Ut enim aquæ, quæ a principio creatæ sunt
eædem aquæ nunc sunt: ita Angeli, qui ab initio facti fuerunt, iidem
sunt, et in eodem statu perseuerant, in quo fuerunt creati, nulli neque
senio neque incremento, aut decremento obnoxii: fœcundissimi sunt spiritus
illi et ad uoluntatem Dei faciendam promptissimi. Firmamentum
autem, quod positum est inter aquas superiores et inferiores discrimen
firmum, quod inter cælestes illos spiritus, et cæteras creaturas sub Luna
degentes significat: Ut enim quæ sub Lunari orbe subiecta sunt, mutabilia
et corruptibilia sunt, et ueluti aqua decurrens defluunt, et nunquam in
eodem permanent loco: ita superiores illi Spiritus Angelici stabiles
firmi, et nulli prorsus corruptioni subiecti sunt: Nos omnes morimur
2. Reg 14 inquit illa mulier sapientissima, et ueluti aqua dilabimur. Illi immor-
tales sunt et stabiles: Quales autem, ac quanti sint; Dei non sunt,
sed creaturæ Dei, et ex materia licet cælorum præstantiori formati, si
Deo comparentur: nobis uero comparati spiritus sunt, ex spiritali
materia formati, ut sint Angeli et Administri Dei, ut faciant uolun-
tatem eius.

5 Arcangeli omnes quidem Angeli ex omnibus ordinibus respectiue ad
alios inferiores ordines, sed illi praecipue hoc nomine censentur, qui
imediate Angelis praecedunt. Nam Seraphim et Cherubim, cum ordine
praecedant Thronos et Dominationes, Arcangeli dici possunt: sed
Angeli etiam ipsi, etsi omnibus ordinibus sint inferiores, neq ordinem
aliquem spirituum praecedant, Arcangeli dici possunt respectiue ad
eos, qui ex hominibus Angeli sunt ex officio, ut prophetae et Sacer-
dotes, tum ex uitae imitatione, ut celibes, et qui in terris uitam tra-
ducunt Angelis proximam. Hoc autem Arcangeli nomine nuncu-
A pantur quicunq et ex quocunq ordine sint, cum Deus per illos maiora
molitur. Propterea cum rebellem illum spiritum e coelis deturbare
cum suis satellitibus uoluit, Arcangelorum opera usus est. Factum
Ap. 12 est, inquit D. Joannes, praelium magnum in celis. Michael et
Angeli eius praeliabantur cum Dracone: et Draco pugnabat, et
Angeli eius: neq locus inuentus est eorum amplius in caelo etc.
Jude Ap. Cum eodem etiam altercatus est et contendit de Moisis corpore, quod
populo propalare uoluisset Diabolus, ut ad Idolatriam populum
Tobias prouocaret. Cum Satanae reprimere uoluisset malignitatem, qui
cunctos Raguelis generos suffocabat, misit Deus Arcangelum
Raphaelem, qui Demonium ligaret, et uisum Tobiae restitueret:
ut palam fieret, Arcangelos Satanae potentiae et saeuitiae posse resistere,
et saluti hominum consulere.

Praeterea cum filii Dei conceptio et Virginis partus esset nunciandus,
per quem mundus seruaretur, ministerio Arcangeli usus est: ut
ex legati dignitate et uirtute, quanti esset pendendum mysterium
Luc. 1 illud, intelligeretur. Gabriel enim Arcangelus missus est ad
Mariam Virginem desponsatam Joseph. Quando demum mortui
omnes excitandi erunt, et omnium animae suis corporibus restituendae
~~erunt~~: Id faciet Deus, inquit D. Paulus, in tuba Dei et uoce Arcan-
1 Tes. 4 geli: in cuius uirtute Diabolum cum morte praecipitem dabit in

infernum, ibi eum perpetuo relegans.

Ab uno autem disce omnes: neq́ mirum si Arcangeli tanta uirtute pol-
leant: in illis enim per reliquos superiores ordines, tanquam per riuulos et
cannales influit Deus, quicquid illis impertitur iugiter: pleni nihilomi-
nus semper existentes: superiores enim inferioribus influentes non
euacuantur: sed in se pleni existentes ex redundanti cæteris imperti-
untur. Arcangeli itaq́ participes sunt charitatis Seraphinorum, intelli-
gentiæ Cherubinorum, Sapientiæ Thronorum, potentiæ Potestatum, do-
minatu Dominationum, principatu Principatuum, uirtute Virtutum,
et ministerio Angelorum. Cum itaq́ Deus per tot tantosq́ potentissimos
spiritus diuinam suam uirtutem illis subministrat: et præclariora
facinora per illos perpetret, Arcangeli nomen sunt consecuti.

Hinc etiam est quod Solis orbem mouendum illis fuisse tributum aliqui
dixerint: ut enim à Deo ille cæteris præstat sideribus: ita ab Arcange-
lo moueri debuit. In libro 4. Esdræ legimus de Ieremiele Arcangelo,
4 Esdr. 4
qui Dei arcana Patribus reuelabat: qui interpretatur Misericordia seu
Dilectio Dei: Ut ex his nominibus quinam sint cæteri Arcangeli, intelli-
gamus: nempe habere Zelum Michaelis, uirtutem Gabrielis, Pietatem
Raphaelis, et Dilectionem Ieremiel: qui cum semper habeant coniun-
ctum Dei nomen אל, quod fortem sonat, significant non à se ipsis
sed à Deo uirtutem habere et fortitudinem, sanctissimumq́ Dei se nomine
extollere, ac omnem suam uirtutem illi uni acceptam ferre: non enim
sui, sed nominis Dei quærunt gloriam et honorem.

De Angelis autem et Arcangelis ita scribit S. Gregorius: Hi autem, qui
minima nunciant, Angeli: qui uero summa nunciant, Arcangeli
uocantur. Hæc ille.

Aries

6 Ariel appellata est ciuitas Dauid apud Isaiam 29 et apud Ezech. 43

Isa. 29 ezec. 43

Hoc eodem nomine denominatum est altare. et sonat Leo Dei seu Leo fortis: cui comparata est Hierusalem quod sicut Leo caeteris

prou. 30 dominatur animantibus: neq, ut ait Sapiens, ad nullius pauebit occursum: ita Hierosolima constituta fuit, ut deplorat Hieremias, Domina gentium et Princeps prouinciarum, quae caeteras urbes expugnaret, et ipsa a nullo expugnaretur. Altare uero quasi Leo Dei appellabatur, quia solum esset uerum Dei altare, cum reliqua omnia essent altaria non Dei, sed Diaboli et Idolorum. Illud enim caeteris altaribus comparatum erat, quasi Leo fortis inter animantia. Quia autem apud Isaiam habetur: Et erit mihi sicut Ariel, idest, sicut Leo Dei: quod est: Ego ero Ariel, idest, Leo Dei. Ariel: idest, ciuitati, et altari Leoni Dei: nec uidetur uerisimile, ut Deus asserat se fore Leonem Dei: propterea dixerunt hunc secundum Arielem de quo dicit: Et erit mihi sicut Ariel, idest, sicut Leoni Dei, non Deum esse, sed Angelum Dei ob cuius singularem uirtutem merito appellatur Leo Dei fortis: qui possit discerpere et trucidare Leonem illum ferocissimum Diabolum, Leonem rugientem et rapientem ac dilanientem omnia; Circuit enim, inquit D. Petrus, tanquam Leo rugiens, quaerens quem deuoret: sed si in fortiorem illum Arielem inciderit, ab eo discerpetur. Leones itaq Dei idest Ariel, Angeli tanto fortiores Leone Diabolo quanto fortior est Deus ipso Diabolo, et membris ipsius, qui Leones itidem appellantur. Quod si Ariel, idest, Leo Dei non pepercit Leoni Dei Ciuitati sanctae et Altari suo, quando Dominum impietate depravauis[...], multo minus Diabolo parcet, et membris illius: Qui quidem Ariel et ipse dici potest. idest, Dei Leo. cum ab ipso fuerit creatus optimus, et innocens, et fortis: sed cum sese supra se extulisset, et Dei essentiam affectasset, debilis factus est. Angelus uero bonus fortior illo factus, illum e coelo extrusit. et profligauit et ita Ariel factus est Arieli. Leo etiam Dei appellatur malus

Angelus sicuti et bonus: quia utriusq[ue] fortitudine sic utitur: mali, qui Angelis ut malos debitis afficiat poenis: bonis vero, ut bonos foveant et a potestate Diaboli et membrorum eius eos vendicet.

Sunt qui velint ex hac radice esse nomen Angeli Areal, sed aliter esse sentiendum iudico. ~~[illegible]~~.

Metaphoricos ergo Angelos quando dicitur est Leo, non autem proprie ut stulte opinabatur cophitae haeretici qui Michaelem Leonis speciem gerere dicitabant. Absit ut hoc de Angelis vel suspicemur; quorum virtus cum per se nobis sit ignota per ea quae nobis nota sunt declaratur, propterea ad praestabilissimam eorum virtutem declarandam Leonis, comparantur, qui viribus caetera superat animantia.

Areal, vide, videntes

7 Ascendentes et Descendentes Dei filius apud Joannem appel-
Jo. 1. lit Angelos: Amen amen, inquit, dico uobis: Ab hoc tempore uidebitis
cælum apertum et Angelos Dei ascendentes et descendentes super filium
hominis. Quibus sane uerbis allusit ad somnium Jacob: et illud explicauit
gen. 28 et interpretatus est. Declarauit siquidem se esse scalam a terra usque ad cælum
pertingentem, cui innixus esset Deus: et Angeli Dei ascendebant, et descende-
bant per eam. Huius autem scalæ gradus alij ex Rabbinis quatuor, et alij
septem: nos uero nouem fuisse uerius ominari possumus: qui nouem Angelorum
ordinibus respondeant: per quos ipsi et ascendant ad Deum non motu locali,
sed intellectuali, et descendant ad nos ministerio. In capite cuius scalæ sit
innixus יהוה qui est Angelorum conditor, et dominus. Et propterea deci-
mus et ultimus iure est solus omnium Angelorum obiectum, et finis:
1. pet. 1. in quem (ait D. Petrus) desiderant Angeli inspicere. Dicit autem hanc
scalam à terra ad cælum et usque ad Deum pertingere: et per eam Angelos
ascendere et descendere: quia ~~potius~~ prius ascendunt ad Deum, ut ab
illo accipiant: quam ad inferiores ordines, et ad homines in terram descen-
dant, ut accepta à Deo inferioribus communicent. Christus autem Dei filius
dixit se esse hanc scalam, per quam Angeli ascendant, et descendunt:
quia et ipsi accessum habent ad Deum per illum, in quo et per quem
eph. 1. cælestia et terrestria (tradit D. Paulus) restaurata esse: ita ut per illum
nō solum Angeli ascendant ad Deum: sed ad nos quoque per sua minis-
teria descendant. et hæc inferiora curare non dedignentur. Scientes
enim ipsum Dei filium à Patre ad homines descendisse, libentissime
ad eos et ipsi descendunt, ~~et~~ accepta à Deo illis impartientes.
Persæpe autem ascendentes, et descendentes super illum uisi sunt Angeli,
illius natiuitatem prænunciantes, natum prædicantes, ieiunum et
esurientem reficientes, mæstum consolantes, mortuum custodientes,
rediuiuum prædicantes, ascendentem in cælum concomitantes,
ac in nouissimis temporibus iudicem uenturum attestantes. Quæ omnia
cum uidissent Apostoli, Christi promissio est absoluta: Amodo uidebitis

Angelos ascendentes et descendentes super filium hominis. Quatenus enim filius Dei esset non indigebat Angelorum ministerio, sed quatenus erat homo filius hominis.

Sicut autem mare perpetuum habet fluxum et refluxum, ita Angeli semper ascendunt, et descendunt, accipientes et influentes. Non sunt autem potentiae necessariae, sed voluntariae et liberae ascendendo et descendendo: Ascendentes per cognitionem, descendentes per actionem: Ascendendo et descendendo nunquam a Deo recedentes, sed coram illo stantes, et illi administrantes, facientes verbum ipsius.

Ascendentes etiam dici possunt cum in sua illa substantia spirituali Deo assistunt, semper proficientes: et descendunt cum peregrina forma assumpta res has infimas nobiscum tractant: sed siue ascendant, siue descendant, nunquam a scala discedunt, sed per eam ascendunt, et descendunt: Ascendunt usque ad Deum faciem illius contemplantes: descendunt usque ad terram coelestia hominibus pariter et terrena bona administrantes. A scala autem non discedunt quia ubi ubi sint Deum ipsum contemplantur et illi assistunt.

lib. 5. De Angelorum ascensu et descensu ita contra Celsum scribit Origenes, Enimvero et Angelos dicimus ministratores spiritus quosdam in ministerium emissos propter eos qui haereditatem sunt habituri salutis, ut hos quidem ascendere, ut hominum preces et obsecrationes ad ea loca ipsa perferant quae in coelestia sunt puritate mundi ancto ...; inde rursum descendere, ut cuique pro meritis iussus aliquid subministrare quo nos afficit sit beneficio.

Haec ille.

Astra

8 Astra matutina appellantur Angeli a Iobo: Astra vero Dei
Iob. 38 ab Isaia: nam astra quae in firmamento locata sunt ut per noctem
Isa. 14 nobis luceant, astra potius cęli, quam matutina appellantur.
Astris autem comparantur Angeli, quod ut nihil illis pulchrius et
praestantius humano est oblatum obtutui, et per illa boni ad nos
cęlorum afferuntur influxus, et illis exornatum est cęlum ab ipso Deo:
ita Angelis nihil est coram Deo praestantius: et per illos terrestria simul et
diuina suscipimus munera. Qui eo stellis sunt pulchriores et nobiliores,
quo mane vesperi praestat, et Deus firmamento est praestantior: Nam stella
seu astra matutina, et Dei astra appellantur Angeli, quibus cęlum cęli, in
quo ipse potissimum habitat, exornat: qui certe ornatus eo praeclarior cęli
ornatu esse decet, quo Deus caeteris creaturis praestat.
Matutina autem astra Angeli dicuntur non solum ob suam praestantiam et
excellentiam, sed etiam ob ordinem: ut enim mane est principium, et
optima diei pars: ita Angeli principium sunt creaturae Dei, et potior
illarum pars: Ita enim illis praestant omnibus, quo spiritus praestat cor-
pori; Sunt autem principium totius creaturae Angeli, non quod tempore
aliis antecesserint, sed quod ordine alijs praecesserint. Qui enim, ut
Ecc. 18 inquit Sapiens, creauit omnia simul sine ulla temporis intercapedine,
non confuse sed ordinate omnia disposuit: Et cum spiritus praestet
corpori, decebat ut creatura spiritualis corporali praestaret et in ordine
primum teneret locum: propterea Angeli Astra sunt appellati matutina.
Theologi antiqui et eorum aliqui arbitrati sunt Astris non solum Intelli-
gentias separatas praeesse, et illa mouere, sed in illis residere dixerunt:
Unde vulgus postea ab earum cursu Deos dixerunt: Sed ut Astra mentito
appellata sunt Dii, ita et Angeli, qui etsi excellentissimi sint creaturae ta-
men Dei sunt, non creatores: qui ut astra a sole, ita illi a Deo totum
suum lumen mutuantur: et quicquid boni habent, Deo Opt. Max. acceptum
est referendum. Sunt itaque haec celestia astra typus et symbolum celes-
tium spirituum non solum ob lumen et bonos influxus, sed etiam quod
ut illa in signa et tempora data sunt, ut nos futura doceant, ita Angeli

non solum bona ad nos afferant celestia, sed diuina misteria nos docent, ac Dei uoluntatem explicant. Super stellas enim extollere uoluisset Lucifer solium suum sese Deo coequare tentans in infernos decidens est: Quod certe illi non contigisset, si se super sydera celi, non autem super Astra Dei efferre uoluisset. Tantæ siquidem spiritus illi excellentiæ sunt ut supra illos nulla sit creatura, sed Creator tantum Pater, Verbum et Spiritus ~~sanctus~~ eius: cui se coequare tentat, qui se super Angelos efferre. Similis ait ero Altissimi.

Obseruandum est quod dicitur de Astris, quæ simul laudarent. Summa enim inter beatissimos illos Spiritus concordia et unitatum uoluntas esse declaratur: simul enim laudant, simul administrant, omnibus idem est nolle, et uelle, idem sentiunt, idem amant, et faciunt: nulla est inter eos discensio, discordia, aut controuersia. Unde Uniones sunt appell.

Laudant autem Deum non mane tantum, sed in omni tempore, cum semper et iugiter in Deo speculentur, et ab eo accipiant, in quo, et per quod Deum perpetuis laudibus extollant Vide Stella

Aues Angelos dixit Salomon: In cogitatione, ait, tua Regi ne
Ecc. 10 detrahas, et in secreto cubiculi tui ne maledixeris diuiti: quia, Aues
celi portabunt uocem tuam: et qui habent pennas enunciabunt
sententiam.

Etsi tam ex Rabbinis, quam ex Theologis aliqui sint, qui hanc senten-
tiam moraliter interpretentur, et dicant Sapientem omnes admonere
uoluisse, ne Regibus et diuitibus, neq palam neq secreto detraherent:
fore enim aliquando ut quod occultum est, propaletur, et per delatores
quondam manifestetur: Ex nostris tamen, et ex Hebræis sapientis
extitere, qui, quod dicitur: Quia Aues celi portabunt uerbum tuum
et qui habent pennas, enunciabunt sententiam, de Angelis interpre-
tentur. Etiam nos, ait, D. Hieronymus, iubemur ne post Regem
Christum de sanctis quoq facile detrahamus etc. Quia Angeli, qui
terram circumeunt, et sunt administratorij spiritus: et in Zaccharia
Zac. 1. loquuntur: Circuiuimus terram: et ecce omnis terra habitatur,
et silet: instar enim nostra uerba et cogitationes ad celum perferunt:
quod clam cogitamus, latere non sinunt. Hæc ille. Sed Gregorius
Nazianzenus ita interpretatur: Regi et principibus et potentatibus
obedire conuenit et nec odijs illos prosequi, nec ullum prorsus acer-
bum uerbum aduersus eos eiaculari: Verendum enim est, ne etiā
quod separatim dictum erit, aliquando manifestum fiat.
Habet enim ille, qui solus Rex est ac diues, et magnificus Angelos
ueloces et alatos, qui omnia perferentes spirituale simul et
rationale misterium exequantur. Hæc ille: Quæ maxime mihi
probantur: Certum est enim, eum, qui Regibus et potentatibus
clam uel palam detrahat, in primis in Deum grauiter peccare:
Exo. 22. cum lege sua caueret: Dijs ne ~~detrahas~~ detrahas qui non solum
uerba sed cogitationes quoq malas debita ulciscitur penas, et
abscondita cordium manifestat. Hoc itaq peccatum licet occul-
Matt. 10 tum mortis sanctæ esse ~~ui~~ tandum: cum nihil (teste Dño) occultum sit, quod

non reuelentur et sciatur: Angelos autem tum actionum, tum uerborum
et cogitationum nostrarum testes et delatores fore dicit: quia (ait)
Aues portabunt uerbum tuum: et qui habent pennas enunciabunt
sententiam. Nec mirum si Sapiens bonos Angelos auibus celi compar[et]
quando Assertor noster eisdem malos Angelos comparauerit, qui
Matt. 13 rapiunt uerbum de corde hominum, ne credentes salui fiant.
De Angelis quoque, quibus diuina sapientia adhuc ignota sit, illud
Job. 28. est accipiendum: Abscondita est ab oculis omnium uiuentium, et uolu[cres]
celi occulta est.

Sed cur Angeli Aues et alas habere dicuntur, cum utrumque a uero sit alie[num]?
Nam cum spiritus sint, neque aues sunt, neque alis indigent ad motum.
Aues itaque metaphorice dicuntur, quod quemadmodum aues nulli no-
cuae et omnibus proficuae sunt, suo uolatu aerem mouentes et salub[rem]
reddentes, ac dulcissimis cantilenis homines oblectantes, eosque sua car[ne]
pascentes: ita Angeli hominibus sunt proficui semper et benefici, ma[la]
ab eis auertentes, et bona omnia tum celestia, tum terrestria procurant.
Alati autem dicuntur, non quod proprie alas habeant, sed quod aliquando
alati uisi et dicti sint a prophetis. Nam Dauid de Cherubim scribit
psal. 18 Et ascendit (Deus) super Cherubim: et uolauit, (nempe Cherubim)
super pennas uentorum. Non uolatur autem nisi alis. De Seraphin
Isa. 6. autem Isaias scribit eos uidisse sex alas habentes: quarum duabus
facies suas, duabus uero pedes tegerent, et duabus uolarent. Alati
itaque et uolantes uisi sunt, quod motus ille uolatus est omnium praestan-
tissimus et uelocissimus: quem sibi quoque dari peroptabat uates
psal. 54 Dauid: Quis (inquiens) dabit mihi pennas sicut Columbae et
uolabo et requiescam? Moti ergo Angeli mouentur motu quodam
excellentissimo et praestantissimo: motu ueliciori motu uentorum
quo nullus est uelocior: Et uolauit (inquit) super pennas uentorum
magis quam uolent uenti. Habent enim illi non uentum ab extra
eos mouentem, sed in alis suis ut uento non egent. Mouentur etiam

motu

motu ordinatissimo mouentes se simul et quiescentes et stantes: Nam et aues caeli cum uolant, altera ala mouentur et altera stant: quandoque et quiescunt: quia Angeli etsi alias formas assumant, non dimittunt proprias, etsi descendant, et locum mutent, non discedunt a Deo, neque mutantur. Ad Deum autem uolant per contemplationem, ad homines uero per charitatem et ministerium. Duabus alis uelant facies suas nobis, qui illorum substantiam et naturam plene assequi non possumus: duabus uelant pedes, quia eius ministerium his oculis non cernitur: duabus uero uolant tum ad Deum, tum ad nos per charitatem et prophetiam. Propterea sapiens de illis dicit: Aues caeli portabunt uerbum, et qui alas habent, enunciabunt sententiam, cogitationes uerba et acta omnium tum bona tum mala referentes: ut quisque pro meritis et demeritis accipiat a iustissimo Rege et Iudicissimo.

10 ~~Aures Dei sunt Angeli vide Oculi~~ Tertullianus Omnis (inquit) spiritus ales est, hoc Angeli et daemones, Igitur momento ubique sunt, Totus orbis illis locus unus est, quid ubique geratur, tam facile sciunt, quam enunciant, velocitas divinitas creditur, quia substantia ignoratur. Haec ille.

In Apolog. cap. 22.

Quod autem de Angelis idem etiam de sanctorum spiritibus, qui inter Angelos recepti sunt dicere possumus qui Angelis similes sunt facti, qui in nos haec humana cognoscentes apud deum pro nobis intercedant, unde etiam a nobis invocari ~~possunt~~ et tanquam advocati apud deum adhiberi possunt.

10 Aures dei, vide Oculi

ii Azarias Annaniæ magni filius se appellauit Raphael Arcangelus
Tob. 5 apud Tobiam: Ego sum, ait, Azarias Annaniæ magni filius. sed in
Græca et Heb. editione legitur: Ego sum Azarias filius Chananeel
de familia magni Selomith ex fratribus tuis. Nomen autem suum
~~non mentitur~~ Raphael non mentitur Angelus, cum nullus eorum pro-
prium habeat nomen, sed unusquisq; illud ab effectu sortitur: et id
quidem apud nos, non autem apud ipsos Angelos. Angelus missus, ut
Tobiæ cæcitati mederetur, Raphael, idest, medicina Dei voluit appella-
ri. Idem missus, ut Satanam coerceret Azarias est dictus: Azarias
enim sonat Adiutorium Dei. Se autem appellauit filium Chananeel
idest Gratiæ Dei. de familia magni Selomith, idest, magnæ
perfectionis et ex fratribus Tobiæ, idest bonorum et Sanctorum Dei
Quibus sane uerbis declarat Angelus quia et quales sint omnes Angeli
apud Deum et homines: quale sit eorum genus, et ministerium.
Dicens quippe Angelus, Ego sum Azarias, quod est Adiutorium Dei, nomen
suum ab effectu et ministerio explicat: quia Deus opera et ministerio
Angelorum suorum, cum oppressis et in aliqua necessitate et angustia
constitutis opem ferre uult: qui etsi per se sine illorum opera id præstare
possit, id tamen per Angelos suos facere mauult. Propterea Adiutoria
Dei sunt appellati, ut intelligamus eorum omnium adiutorium Deo
acceptum ferendum esse. Quicquid enim illi possunt et habent: Quicq.
nobis conferunt, id nobis a Deo uenit. Adiutorium enim nostrum in
nomine Domini potissimum est situm: quod tamen nobis per Angelos
suos impertit: unde Azarias sunt appellati.

Filium autem se Chananie uel Chananeel appellans significat, Angelos
Dei gratiæ munere fuisse in Dei filios adoptatos, et confirmatos:
Chanan enim gratiam et benignitatem sonat: El uero est Dei nomen
Meminit autem Angelus Dei gratiæ, in qua fuerunt confirmati, non
autem creationis: quia parum illis creatos fuisse extitisset nisi per
gratiam in accepta innocentia confirmati fuissent. Tanti ergo beneficii

accepti non immemores Angeli se non solum Dei adiutorium, sed gratiæ Dei
1. cor. 15 filios nuncupant: et cum D. Paulo dicere videntur: Gratia Dei ~~sum~~
quicquid sumus; et gratia eius in nobis vacua non est. Subdit familiæ
nomen; de familia magni Selemith. Salomon, perfectus, sonat.
Magnus autem perfectus solus est Deus: cuius perfectionis non est finis.
Familia autem Dei sunt in primis Angeli, et ipsi etiam homines, quos
Angelorum fratres appellat, cum homo fere alter sit Angelus.
Idcirco subdit: Ex fratribus tuis: Suum ergo nomen, parentes, et fami-
liam cum suo ministerio satis expressit Angelus Raphael: ~~de
quo suo loco dicemus~~. Quod si nobis a Deo per Angelos adiutorium in neces-
sitatibus nostris venit, cur nobis illud ab nostris fratribus qui sunt sancti in cœlis
recepti non est implorandum et expectandum? Levavi, inquit propheta, oculos
meos ad montes, unde veniet auxilium mihi. Auxilium itaque nostrum a Deo
sed per Angelos et sanctos suos qui montes in quibus sit Deus appellantur. Ad Angelos
itaque et sanctos nobis est confugiendum cum Dei auxilio opus habemus.

12 Beati qui habitant in domo tua Domine ... saeculum laudabunt te. Canit in
psal 83 primis de Angelis Propheta: Domus autem nomine familias uenit de qua se esse
Angelus professus est superius, asserens se esse ex domo, idest, familia magni
Tob. 5. Semmitæ. Quam familiam ad hoc potissimum constituit Deus, ut perpetuo
Dei laudes celebrent, ut perpetuo sint beati: nam inde illis omnis eorum beati-
tudo promanat, ut Deum laudent. Laus ergo Dei est fons, unde Angeli suam
hauriunt felicitatem. De Angelis itaq Vates in primis cecinit: Beati, qui habitant
in domo tua Domine. Habitare porro in domo Dei est firmam constantem
et imperturbatam habere mansionem apud Deum. Si enim ab illa cadere
possent, neq beati esse possent: Beatus enim ille solus est, et dici potest, qui
ita in bonis est ab omni parte confirmatus, ut ab his deijci, aut illa amitte
nulla ratione possit. Cum itaq Angeli summo illo bono fruantur, et in ille
Dei benignitate ita confirmati sunt, ut nunquam ille sint cariuri, beati meri
dicuntur et sunt: Beatus enim ille est, cui nihil in ulla gratia desit. Quod si
ab accepta gratia post confirmationem in illa, decidere possent, multum
profecto illis deesset, neq uere beati essent: cum beatitudo illa minime sit
uera, quæ timore misceretur. Nam nisi Angeli in accepta gratia stabiliti
et confirmati ita sunt, ut ab ea cadere non possint: neq sancti appellari possun
cum hoc nomen stabilitatem et firmitudinem significat.

Falsa ergo ne dicam hæretica est sententia eorum, qui Angelos adhuc instabi
esse asserunt: et illud Job ad suam sententiam confirmandam in medium
Job. 4. adducunt: Ecce qui seruierunt ei non sunt stabiles, perperam illum inter
pretantes, et dicentes: Hec enim dicta: Non fuerunt stabiles: unde non in
ligitur de his, qui a Deo cum Satana defecerunt, sicut aliqui male interpre
tantur. Negandum quidem non est, Angelos natura mutabiles fuisse conditos
cum solus Deus natura sit immutabilis, et a suo statu nunquam recedat: sed qui
negaret eosdem per gratiam, post lapsum malorum Angelorum non fuisse
ita in gratia confirmatos, ut cadere et mutari non possint, hæreticus esset.
Quod itaq dicit Job: Ecce qui seruiunt ei, non sunt stabiles ad primam il
naturam Angelorum est referendum, qui sibi ipsis sunt permissi, ut in quam
uellent partem declinarent; non autem ad eam, in qua post lapsum
Satanæ confirmati sunt: in qua Creator non instabilitatem, sed stabilitat

reserit. Quod autem ad eam respexerit Iob uerbum Heb. declarat, non enim dicit: Non sunt, ut nostra habet editio, sed non fuerunt ad praeteritum non ad praesens respiciens. Ut ergo uere sint beati, necesse est, ut etiam stabiles sint et immutabiles: Nam etsi speciem et formam mutent et uarient, propriam tamen, in qua conditi sunt, semper retinent, nec quoad substantiam illam uariant. Beati ergo sunt et dicuntur, quia nihil illis in ulla gratia deest: nam etiam uox Heb. אשר qua beatum, eadem diuitem omnium significat.

2. Macha. 15 · Bonus item appellatur Angelus quem. [illegible] uis aduersari uidetur quod Dominus. Quid me inquit dicis Bonum nemo bonus nisi solus Deus. Sed aliter Deus, aliter [illegible] [illegible] nec tamen homo dicitur bonus. Bonus (ait) homo de thesauro cordis sui profert

Lucae 6 · bona. Deus ergo (scribit D. Aug.) singulariter bonus est, et hoc amittere non potest.

Ad Macedonium · Nullius enim boni participatione bonus est, quoniam bonum quo bonus est, ipse sibi est. Homo autem cum bonus est, ab illo bonus est, quod a se ipso esse non potest. Hinc illa que etiam de Angelis [illegible] dici possunt, et, si bonum quod habent [illegible] est per Dei gratiam non possit. Origenes ad comparationem bonitatis Dei neminem bonum esse, ad comparationem uero hominum aliquem Bonum dici posse interpretatur. Analogice ergo Angelus, proprie uero Deus bonus dicitur. Ille quidem participatione, hic uero natura et essentia. Bonus praeterea appellatur Angelus quod per illum nobis Deus bona omnia et inprimis caelestia conferat que uere bona sunt et dicuntur. Nam [illegible] per Angelos magis qui ministri eius sunt immittit. ~~[illegible]~~ Boni ergo, [illegible] in se ipsis et aliis quoque omne enim bonum [illegible] est diffusiuum

19. Brachia Dei appellantur Angeli sed non eadem ratione, qua Christus
Isa. 52. 53 appellatur Brachium, quo significatur illum non ministrum tantum
et instrumentum Dei esse, sed unius et eiusdem cum illo substantiae:
sed Angeli, quia instrumentum tantum sunt Dei. Brachia appellantur.
Deut. 33. nam de his scripsit Moises: Ascensor coeli auxiliator tuus: Magnificen-
tia eius super celos et subter brachia sempiterna. Qui autem subter
Deum vel prope Deum sunt, Angeli sunt: quorum opera cum in
celis et in terris utatur Deus, brachia illius sempiterna, quae neque
lassitudinem, neque defectum habeant, sed quae fortissima ~~sint~~, et
ad quaecunque peragenda validissima, efficacissimaque sint appellantur.
Cum itaque Angeli viva quaedam sint Dei instrumenta et potentissima ad quaevis
difficilia peragenda Dei brachia sunt appellati, omnia enim admiranda per illos et
cum illis fecit Deus. Non quidem illis adiutoribus (ut perperam voluit Hebrei)
creavit hominem, quasi illos ad huiusmodi opus convocaret cum dixit:
Gen. 1. Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram, vel etiam
(ut alii exigunt) non minus inepte interpretantur Elementa, quae sibi ad
hoc opus adhibuit adiutores, cum ante hominis creationem neque Angelus
neque Elementa extiterint, sed uno et eodem instanti omnia simul (ut iis
sapiens) condita fuerint, et Angeli ac Elementa tantum ordine non aevi
tempore hominis formationem praecesserint, Neque Angeli et multo minus Ele-
menta Dei imago et similitudo dici possint, cum imago et similitudo Dei
divinam illam essentiam dicat quae est prorsus creaturis incommunicabilis, Itaque
homo non Dei imago et similitudo, creatus sit, sed ad imaginem et simili-
tudinem, ut esset exemplar quoddam Dei in terris. Non ergo usus est Deus An-
gelorum opera in rerum creatione ut Dei brachium dici possit, sicut illius
unicum appellatur: Sed quia nos creatos ipsorum Angelorum opera nemi-
nem, Dei Brachia, non cum illo, sed subter illum, appellantur, sempiterna si-
militer in suo robore et virtute duratura.

17 Cœli a sacris Theologis pro Angelis usurpantur multis de causis: et in primis, quod ut cœli incorruptibiles sunt, et indefesse mouentur: ita Angeli Dei gratia incorruptibiles sunt, et in suo ministerio indefessi.

Cœli etiam dicti sunt ab eorum habitatione et conuersatione, quæ in cœlis est: sicut cœlestes nuncupantur; non quod ex materia cœli constent, qui illis longe sunt præstantiores; sed potius, quod cœlis præsint, et illos moueant: est enim semper mouens suo moto præstantius.

Job 37 S. Gregorius super illud Job: Tu forsitan cum eo fabricatus es cœlos, qui solidissimi quasi ære fusi sunt. Possunt (ait) per cœlos hi, qui in cœlestibus sunt conditi, Angelici spiritus designari. Unde et in oratione nostra, dicere uoce Veritatis instruimur: Fiat uoluntas tua sicut in cœlo, et in terra: Ut nimirum uoluntas Dei sicut à superiori creatura agitur: ita in omnibus etiam ab humana infirmitate seruetur: de quibus bene dicitur: Qui solidissimi quasi ære fusi sunt. Natura namque æris est rubigine difficile consumi: Et diuinæ uirtutes, quæ in diuino amore fixæ persistunt, lapsis superbientibus Angelis, hoc in munere retributionis acceperunt, ut nulla iam rubigine surripientis culpæ mordeantur: ut in contemplatione conditoris sine felicitatis fine permaneant et in hoc, quod sunt conditæ, æterna stabilitate subsistant.

Quod bene apud Moisem ipsa de mundi historia uerba testantur,
gen. 1. cum et prius cœlum factum dicitur: et hoc idem postmodum firmamentum uocatur: Quia uidelicet, natura Angelica et prius subtilis est in superioribus condita et post, ne potuisset unquam cadere, mirabilius confirmata. Hæc ille. Cœlos Propheta
psal. 18 hos potissimum appellauit, inquiens: Cœli enarrant gloriam Dei, et opera manuum eius annunciat firmamentum. Quomodo autem hoc præstent dicit subdens: Non sunt loquelæ neque sermones, et non audiuntur uoces eorum: Cum enim sint

spiritus in spiritu laudant Deum, et illius opera enarrant modo nobis prorsus incomprehensibili. Haec quidam non minus stulte quam impie ad ipsos celos materiales transferunt, credentes celos esse animalia uiua et intellectiua Dei uoluntatem enarrantia: sed haec metaphorice de celis, uel de Angelis est accipiendum: nam certo quodammodo etiam ipsi celi ~~uidentur~~ uidentur narrare gloriam Dei; cum nos illam suo motu substantia et effectu doceant etsi non loquantur, neque audiantur illorum uoces. Habent quidem Angeli suas uoces et sermones, sed longe diuersos a nostris: sunt enim illorum uoces et sermones sine strepitu sed maximo cum effectu. Celi ergo dicti sunt Angeli, quod non terrestres sed celestes sint, celum celi habitantes, et celestes speras mouentes, bonosque influxus celorum ad nos transmittentes, et incorruptibiles existentes.

Castra Dei Angelos dixit Iacob, quamprimum illos conspicatus est
sibi ex Mesopotamia a Labano redeunti occurrentes. Ecce, ait, castra
Gen 32 Dei sunt hæc. Castra autem loca sunt, uallo, fossa, aggeribus, et uiribus
circumsepta: intra quæ exercitus se continet, et ab hostium repentinis
et improuisis incursionibus tuetur. Hæc loca sibi Angelos esse testatus est
Iacob dicens: Castra Dei sunt hæc: Non castra tantum, sed Dei castra
esse dixit, quod non solum a Deo esse habeant, sed ut castra sint
à Deo eos habere significet: quinimo Deum in ipsis castrorum
Zac. 9 loco esse significauit. Ego, ait, ero ut castra domui meæ. Deus
itaque in Angelis suis est quasi pro castris electis suis. Hoc autem
Iob. 1. illud est, quod Sathan de Iob Domino obiecit: Nonne tu uallasti
eum, et domum eius, ac quicquid illius est, per circuitum?
Vallum autem fossa et agger, quibus Iobum et domum eius muni-
erat, Angelorum custodia erat contra spiritalia nequitiæ: quæ
cum astutissima et potentissima sint, et uigilantissima, ac
nostræ perditionis studiosissima. Ni Angelorum cura et uirtute
circumuallemur, et hostium uires per illos frangantur, actum
omnino de nobis esset. Propterea non solum castra appellantur
quod nos sua custodia tueantur, sed quasi instructissimæ copiæ, quibus
aduersarias potestates expugnare et debellare possimus. Nam
castra pro militum copijs usurpantur. Hæc autem omnia uel
unus Angelus nobis est: propterea de uno Angelo David scripsit.
Psal. 34. 7 Angelus Domini castrametatus est, qui erat ~~populi~~ sexcentum millia
hominum. Quodsi unus tantum Angelus tantæ uirtutis est, ut ab hostium
insultibus tot hominum millia tueri potuerit, Quid non possent
Angelorum multitudo: quæ castrorum nomine uenit? Angeli
itaque sunt Dei castra, quibus ab insultibus hostium nos tueatur Deus et ab
eo proficiuntur. An, Petro inquit Deus, non putas quia ego possu
Matt. 26

patri rogare, et exhibebit mihi plus quam duodecim legiones Angelorum. Castra ergo Dei sunt pro suorum electorum salute instructa. Quorum quidem ordines illorum declarantur: Ut enim in castris diversi sunt militum ordines: ita et in Angelorum castris: in quibus etiam cum omnia sint ordinata, declaratur inter Angelorum ordines nullam esse confusionem, sed omnia ordinate fieri: Unde fit ut castra eorum summo terrori sint Angelis malis, apud quos nullus sit ordo, sed sempiterna confusio.

Sed quaerat forte quis: Si Angelus tantae est virtutis, qui fit, ut
Gen. 32. luctans cum Jacob, ei non praevaluerit? ~~vt autem sciret~~ Nempe ut intelligeret Jacob, quod verbis apertis illi significavit Angelus: Si fortis fuisti cum Deo, quanto magis domini praevalebis: Ut autem sciret Angelum ex composito ei non praevaluisse, id tactu femoris, quod statim emarcuit, declaravit, et suam simul insuperabilem virtutem ei significavit.

~~Chasmal Angelus vide Electrum.~~

Chasmal vide Electrum

,6 Cherubim etsi sint ex certo et speciali ordine, eorum tamen qualitates et
actiones ad omnes Angelos transferri possunt: est enim nomen gene=
ricum multitudinem innumerabilem significans, et est, ut volunt
Hebræi כרוב Cherob. idest, sicut multitudo: et vocem hanc expo=
nunt כרביא idest sicut puer: quod Cherubim sint instar puerorum:
2. par. 3 Nam 2. par. 3 habetur: Fecit duos Cherubim opere צעצעים
idest puerorum quia scilicet eorum facies erant puerorum.
Gen. 3. Hos ad custodiam horti deliciarum fuisse collocatos testatur Moises
ne forte homo ex fructu arboris vitæ comederet. Hos videtur
[illegible] appellare Gladium versatilem et flammeum ignis.
Exo. 25 Duos præterea Deus fieri iussit Cherubim sese mutuo aspicien=
tes et alis suis Propitiatorium contegentes. quos ex auro fieri
iussit: de quorum medio responsa daret, et orantes audiret.
Cortina præterea Tabernaculi et Templi parietes figuris Cheru=
bim erant exornatæ.
psal. 79 et 98 David insuper et pleriq' alij prophetæ sedere et equitare Deum
super Cherubim, cecinere. Propterea Dionysius et alij patres
Cherubinis primum dederant in ordinibus locum, et scientiæ ple=
nitudinem eis tribuerunt: quod cæteris quoq' Angelis est tribu=
endum, etsi Cherubim in hoc forte ab alijs differant: quod
ipsi immediate a Deo accipiant: non autem ab [illegible] cum ipsi
omnibus in ordine superiores et accepta in inferiores influant
Influunt autem sine invidia aut diminutione: ita ut omnes
per illos accipiant, quod à Deo sibi fuerit revelatum et impositum.
Figuram et faciem puerorum eos habere voluit Moises. ut spirituum
illorum innocentiam et claritatem nos doceret. Angeli pueri sunt
non sensu neq' viribus, sed malitia, scientia autem et intelligentia
refertissimi sunt, qui non per discursum, sed unica applicatione
intellectus omnia percipiunt, quæ sibi à Deo fuerint [illegible]
Propterea alati finguntur, ut apprehensionis illorum velocitas. ipsaq'

in administratione alacritas, et promptitudo demonstretur.

Hos à Deo ad custodiam Arboris uitæ fuisse collocatos testatur Moises ne forte homo in peccatum lapsus perpetuo uiueret Diabolo similis factus. Solicite itaq. curant Angeli ne homines in peccato uiuant: idq. faciunt gladio et igne, idest, uerbo Dei, qui gladius et ignis appellatur: quod nos à peccato separet, et charitate erga Deum accendat: quod minis terreat, promissis alliciat: dehortantes ergo a malo et adhortantes ad bonum, quasi gladio et igne curant, ne homo in peccatis perpetuo uiuat. Vel etiam gladium uersatilem humiditatem radicalem, et per ignem calorem naturalem, intellexit Moises, quibus prohibetur homo, ne perpetuo uiuat.

Sed duo Cherubim, de quorum medio responsa daret Deus, in quibus quasi in suo Throno sederet, et orantes exaudiret, ac sacrificia suscipe-ret duas Dei potentias significare Philoni uidetur, conditricem scilicet, et altricem: uel beneficam et punitiuam: quæ idem sunt, quod misericordia et iustitia. Sed cum Cabalistis dicerem esse illa prima Sephirot idest Attributa sapientiã et intelligentiã. Qui autem in medio eorum stat, loquitur, et exaudit Philoni est uerbum, quod Dei filium appellat.

Quod uero Tabernaculi cortina Cherubinis essent picta et Templum à Salomone erectum his ex auro formatis esset exornatum signifi-care uoluit, mundum uniuersum, et in primis populum suum, Angelorum præsentia et cura esse munitum, et ab illis esse in suo decore et statu seruatum: propterea Philo dixit duos illos Cherubinos potentiam conditricem et altricem significare.

Cum itaq. Cherubim Angeli primi à Moise fuerint denominati, illisq. proximiorem locum Deo in Propitiatorio attribuerit Patres merito illos apud Deum inter Choros Angelorum primum tenere ordinem arbitrati sunt: in quibus tamen liceat nobis omnium Angelorum uirtutem et munus contemplari.

In templis

In templis autem potissimum versari haud est ambigendum, in quibus fideles Deum deprecaturi conveniunt, sacrificium offertur: verbum Dei traditur, et sacramenta administrantur: ut orationes et actiones ad Deum deferant, et illum nobis concilient. Sunt (scribit Philo) quaedam purissimae ~~actiones~~ optimaeque omnium, quae altiore divinoque sapiunt, aspernatae ista terrestria et humilia, ministrae omnipotentis, tanquam magni Regis aures et oculi, videntes audientesque omnia; has genios Philosophi, Angelos vocant sacrae literae nomine aptissimo: sunt intermunciae, patris mandata perferentes ad filios, et ad illum vicissim preces filiorum. Ideo induceuntur ascendere et descendere, non quod indicibus opus habeat Deus, qui iam ante scit omnia, sed quoniam id convenit nobis mortalibus habere mediatores illos et arbitros, quo magis veneremur rerum omnium praesidem et eius maximam potentiam etc. quibus praeclare Angelorum munus explicat.

1 par. 28 Illud etiam non est praetereundum in Par. Cherubim appellari quadrigas מרכבה Mercauoth idest Currus: quod cum de omnibus Angelis usurpetur, suo loco explicabimus. Sed quod alas extenderent, et protegerent propitiatorium, significabant Angelos, et praesertim Cherubinos divini cultus esse studiosos et protectores eorum, qui cum pietate illum Deo praestarent:

Eze. 40 Propterea cum palmis a dextris stare apud Ezechielem visi sunt: ut significarent eos a dextris nostris stare, ut victoriae palmam contra hostes consequamur. D. Gregorius de Cherubinis ita scribit. Cherubim quoque plenitudo scientiae dicitur: Et sublimiora illa agmina idcirco Cherubim vocata sunt, quia tanto ~~perfectiori~~ perfectiori scientia plena sunt, quanto Claritatem Dei vicinius contemplantur. Haec ille.

De

17 Cedri Libani D. Gregorio etiam Angeli sunt, qui illud Ezec.
Ezec. 31 explicans: Cedri non fuerunt altiores illo in paradiso: Qui namque
(inquit ille) in cedris accipi possunt, nisi illa virtutum cœlestium
proceræ celsitudinis agmina, in æterna lætitiæ viriditate plantata.
Qua quidem sententia omnes fere cedri qualitates complexus est:
quæ Angelis maxime conveniunt. Ut enim cedri in sacris scripturis
a proceritate et ramorum pulchritudine commendantur: ita Angeli
ab eorum magnitudine et pulchritudine commendantur, quibus illis
ipsis, quibus nihil pulchrius; et cœlis, quibus nihil maius com-
parantur. Cedri præterea perpetuo virescere et cariem corruptio-
nemque nescire dicuntur: Angeli semper idem sunt, non senium,
nec mutationis ullam sentiunt. Plinius conterraneus meus de Cedro
scribit: Materia, inquit, Cedri æternitas: Ideo ex ea simulacra
Deorum facta fuerunt. Æternos enim illos Deos esse significabat.
Cum itaque Cedris comparantur Angeli, æternos illos esse demonstra-
Cant. 1. tur. De iis dictum est Cant. 1. Tigna domorum nostrarum Cedrina,
laquearia nostra cypressina. Tigna Angeli sunt cœlestia simul et
terrestria moderantes et conservantes. Propterea de Salomone
3. Reg. 6 scriptum est ~~3 Reg~~ 6. quod laquearibus, et tabulis cedrinis Templum
contexerit. Ita declaravit Angelicis virtutibus Dei Templum et cultus
exornari et conservari. Itemque apud nos æternum perpetuum et incor-
ruptum esse debere: Cedrus enim arbor non solum in se ipsa est incor-
rupta, sed ex ea profluit humor a corruptione cætera incolumia
servans: Angeli enim non solum natura Dei gratia firmati sunt
incorruptibiles et immutabiles, sed cætera omnia, et præsertim homi-
num genus a corruptione conservant. Aiunt etiam odore cedri serpen-
tes fugari: nam virtute Angelorum fit ut serpens ille antiquus a nobis
procul propellatur.
Libani autem Cedris comparantur Angeli, quod non modo in monte illo
[illegible] pra cæteris celsiores et pulchriores. sed propter Libani

signif.

significationem: Sonat enim Albedo: in albedine enim creati sunt Angeli, cum in innocentia statu fuerint conditi, neq per peccati nigredinem ab ea defecerunt, sed in ea gratiam suscipientes perstiterunt, et confirmati sunt: a qua qui defecerunt Cedri de Libano excisi dicti sunt.

~~Collega, vide Amici~~

18 Collige, vide Amici

De

19 Colles æterni a Iacobo in prophetia, quam de Iosepho edidit, dicti sunt

Gen. 49. Angeli, asserens benedictionem illius usq. ad Desiderium Collium æterno-
rum inclusiue esse peruenturam. Ex Phares enim ortus est Dauid, ex
quo Christus, qui dicitur Desiderium collium æternorum, idest Angelo-
1. Pet. 1. rum, qui æterni et sempiterni creati sunt: De quibus D. Petrus dicit
Quod desiderant in illum prospicere, et quem summopere diligunt et
Heb. 1. adorant; sicut scriptum est. Et adorent eum omnes Angeli Dei.
Deut. 33. An hanc eandem benedictionem attigit Moises, cum Ioseph benedixit
inquiens: De uertice Antiquorum montium: de pomis collium æter-
norum. Vbicunque enim de montibus et collibus loquitur D. Scriptura,
tanquam de re animata, non hiperbolicos, ut apud Poetas, sed meta-
phorice, uel in primis de Angelis, uel de uiris insignibus sunt accipi-
Psal. 62 endi. Propterea quod dicit David: Exultatione colles accingentur:
Psal. 71 et quod dicitur: Afferent montes pacem populo, et colles iustitiam: et iterum
Psal. 113 Colles exultauerunt sicut Agni ouium: et Montes sicut Arietes: et apud
Isa. 55 Isaiam: Montes et colles cantabunt coram uobis laudem: et omnia
ligna regionis plaudent manu: de Angelis sunt interpretanda, qui in
Christi aduentu, quo a captiuitate Diaboli humanum genus erat uen-
dicandum, summa cum lætitia annunciaturi erant pacem et iustitiam
populo, et coram nobis illius laudem cantaturi: sicut eos in illius natiui-
Luc. 2. tate fecisse legimus: Annuncio, ait Angelus pastoribus, uobis gaudi-
um magnum, quod erit omni populo, quia natus est uobis hodie
Saluator mundi. Et facta est multitudo militiæ cælestis exercitus
cum eo canentium et dicentium: Gloria in altissimis Deo, et in
terra pax hominibus bonæ uoluntatis.

Montes autem propter eorum excellentiam et firmitudinem; colles uero
propter eorum beneficentiam et charitatem erga nos appellantur
Angeli: Colles enim ameni, fructiferi, herbosi, et hominum usui maxi[me]
sunt: Siue autem montes, siue colles sint Angeli, cæteris omnibus

creaturis et praestare censendi sunt, quo montes et colles reliquis terris sunt sublimiores. Sed quamuis Angeli montes et colles sunt, Dnus
Isa. 2 tamen (ut testatur Isaias) eleuatus est super omnes montes, et super excelsos colles; idest super Angelos. De eo enim idem sensit
Ecce intelliget seruus meus, exaltabitur et eleuabitur et sublimis
Isa. 52. erit ualde. Quod Rabbini ita interpretantur: Exaltabitur super Abraham, eleuabitur super Moisem, sublimis erit ualde super Angelos. Dicens itaq eleuabitur super ~~Moisem~~ montes et colles idem est, ac si dixisset super homines, et super Angelos. Propterea
Cant. 2. in Canticis Sponsa de ipso sponso et Angelis dicit. En dilectus meus uenit, saliens montes, transiliens colles. Descendit enim ille de celis saliens et transiliens montes et colles, ordines scilicet illos sanctorum Angelorum, excelsior illis (ut inquit D. Paulus) factus. Colles ergo sunt Angeli in aeternitate firmati, qui non mouentur in aeternum: a quibus nobis omnia bona proueniunt, stillant enim dulcedinem et lac.

De

20 Columbæ sunt aues domesticæ, mitissimæ, fœcundissimæ, amantissimæ, et quæ etiam à Domino à simplicitate plurimum comendantur, quarum figura et specie, ut Spiritus Sanctus descendens super Christum significatus est, aptissime etiam Angeli demonstrari possunt, qui spiritus sunt, et eos quoque ab Isaia columbis comparatos fuisse uidemus, ubi de Ecclesiæ post Christi aduentum, felicitate agens dicit: Qui sunt

Isa. 60 isti, qui ut nubes aduolant, et sicut columbæ, ad fenestras suas? Nam quod sequitur: Et naues Tharsis etc. Angelos interpretantur Hebræi. Angelos itaque, et Nubes, et Columbas appellat Isaias in Messiæ aduentu ad Ecclesias tanquam ad fenestras suas aduolantes. Comparantur autem Angeli columbis, quod spiritus illi beatissimi simplicissimi sint et alienissimi ab omni duplicitate et fuco: quodque sint hominis amantissimi et studiosissimi, et cum illo domestice et familiarissime agant et tractent, omni uirtutum et bonorum genere fertilissimi.

Est columba animal prudentissimum et oculatissimum: propterea Isaias

Isa. 38 illius meditationem sibi pollicetur: Meditabor, ait, ut columba: Ita Angeli prudentissimi, et perspicacissimi sunt. Vident enim faciem patris semper, et facile uolucrum rapacium insidias præcauent, ut nos ab illis tueantur. Quam citissimo uolatu sunt columbæ et Angeli nobis præsto sunt semper, et ad nos tanquam ad fenestras suas aduolant. Ut autem columbæ etsi hinc atque illinc uolant, ad locum tamen, in quo natæ sunt, et nidum habent, semper reuertuntur: Ita Angeli etsi ad nos per ministerium aduolant, nunquam tamen à Dei facie elongantur, neque conspectum eius dimittunt. Propterea

cant. 4 sponsa sponsi oculos comendat, quod sint columbarum oculi, qui plurimum in solis contemplatione oblectentur, neque tamen confundantur, et illius contemplatione et pennæ earum ~~illius contemplationem~~ ~~columbarum~~ inaurentur, et inargententur. Quod etiam de Angelis dicere

dicere possumus, qui in Dei contemplatione proficiunt de virtute in
Gen. 8. virtutem. Ut autem columba dimissa de Arca à Noe felicia
pronunciauit, ore ramum oliuæ afferens: ita Angeli, qui pacis
nostræ sunt, nobis à Deo impetrant, et nunciant: sicuti in Christi
natiuitate, eos fecisse legimus.

21 Cornua Agni septem appellati sunt Angeli a S. Ioanne. De quibus

Ap. 5. etiam agit Zacharias, qui vidit cornua, alia cornua debellantia,

Zac. 1 idest Angelos fortitudinem gentium destruentes. Cornibus autem ideo comparantur Angeli, quod ut illa incorruptibilia sunt, ita et ipsi. Et quemadmodum in cornibus cōsistit omnis belluarum fortitudo, ita creaturarum fortitudo in Angelis est collocata. Et quemadmodum belluae cornibus se muniunt, et adversarios feriunt, ita nos Angelorum virtute tueamur, et hostes nostros oppugnemus.

Cur autem cornua Agni septem sint nec plura, nec pauciora in voce Septem quaerito.

22 Conseruus, non semel sed bis se appellauit Angelus Joanni se
Ap. 19. et 22 adorare uolenti dicens: Vide ne feceris; conseruus enim tuus sum
et fratrum tuorum prophetarum et eorum, qui seruant uerba libri pro-
phetiae huius: Deum adora. Haec propterea Joanni dicta sunt ab
Angelo, non quia se uti Deum adorare uoluisset Joannes, absit, ut
de tanto et illuminatissimo uiro hoc uel suspicemur: sed quia uoluit
Angelum tanquam seruus uenerari, arguitur ab eo, et simul docetur, se
et prophetas omnes, necnon Apostolos, et eos, qui seruant uerba pro-
phetiae illius libri Angelis fuisse et fore coaequatos, etiam dum in terris
sunt, et inter homines uersantur. Cum ergo Joannes ad Angelorum
gradus peruenisset, Angelus nequaquam tulit se a suo aequali adorari.
Quod tamen ut alii ex patribus facerent, non fuit prohibitum, quia
nondum Angelicam illam puritatem essent assecuti, ut Abraham
Sanson et alii fecerunt. Ea erat Joannis humilitas, ut Angelum
honore praeuenire, et uenerari uoluisset; sed tanta etiam est Angelorum
charitas, ut quos sibi a Deo coaequatos uideant, inferiores sibi esse
non permittant, et illos suos conseruos appellent: quod eundem
Dominum habeant, qui eandem mercedem sit omnibus impensurus:
Matt. 22 Nam, teste Dno, erimus in regeneratione omnes sicut Angeli
Dei, si in hoc mortali corpore Deo seruiemus, et conserui Ange-
lorum fuerimus, quorum etiam comparticipes erimus.
Non ergo dedignantur nobilissimi illi spiritus nostram imbe-
cillitatem et abiectionem, modo serui Dei esse uelimus: Nos
enim suos conseruos perlibenter appellant, et huiusmodi com-
pellatione ad seruiendum Deo compellunt, ut sciamus nihil
honorificentius esse quam Deo seruire, postquam uel sic Angelo-
rum conserui efficimur. Omnium quidem hominum Angeli,
sed praecipue conseruorum suorum curam habent, et eorum

iniurias tanquam proprias existimant: et de illis intellexit Christus
Matt. 18 in parabola illius, qui conseruo debitum noluit dimittere; sed
tenens suffocabat eum dicens: Redde quod debes: nam subditur:
Et uidentes conserui eius, quae fiebant, contristati sunt ualde:
et uenerunt, et narrauerunt domino suo omnia, quae fiebant.
Ex quo intelligitur ita conseruorum suorum Angelos eos cu-
rare, ut Deo renunciant, quae contra eos machinantur mali.
Qui uero non dimittit fratri suo neque Angelorum conseruus,
neque filius Dei dici potest, et Deum ac Angelos ipsos habet infensos.

~~Consules vide Reges~~

23 Consules, vide Reges

24 Currus Dei, cecinit Propheta, sunt multa millia Angelorum:
psal. 67 Dominus est in eis ut in Sinai Sancto ~~[struck]~~ Currus autem iste est,
4 Reg. 2 quo raptus fuit Elias: Ecce currus igneus, et equi ignei diviserunt
utrunque, et ascendit Elias per turbinem in caelum. Idem autem sunt
4 Reg. 6 qui steterant missi fuerunt, et visi sunt etiam a puero suo: Ecce mons
erat plenus equis et curribus Ignei in circuitu Elisei. Qui quidem
currus Angeli Dei erant, quos Propheta dicit esse decem millia idest
multa millia geminata: Ita namque nonnulli interpretantur vocem שנאן Senan
Dan. 7 Sunt enim, ut testatur Daniel, millia millium idest innumerabiles
Angeli assistentes ante Thronum Dei, et illi ministrantes. Currus
autem propterea appellantur, quòd quemadmodum nos curribus utimur
ad alia ferenda à loco ad locum ea, quae ad usum nostrum faciunt.
ita Deus Angelorum utitur ministerio, ut è caelo ad terram sua dona
et munera conferat. Et quemadmodum curribus etiam castra confi-
ciebantur, et ex illis adversus hostes dimicabatur: ita Angelorum
custodia tuetur nos Deus, et virtute illorum tanquam è superiori loco
hostium nostrorum oppugnat impetus. Ut autem currus quatuor
rotis feruntur: ita Angeli quatuor potissimum dotes habent, quibus
omnia possunt: Habent agilitatem subtilitatem immutabilitatem et
lucem. Unde etiam ignei sunt visi, quod etiam ignis has habeat qualitates.
Habent agilitatem ita ut puncto momento è caelo ad nos venire possint
et omnibus praesto esse: Habent subtilitatem, qua facillime ad omnia
penetrare possint: Habent immutabilitatem, ut etsi formas aliquas assum-
ant, propriam tamen nunquam amittant: Habent lucem incorruptam,
et felicitatem perpetuam, ita ut nunquam debilitentur. Cum itaque Angeli
sint in suis actionibus promptissimi efficacissimi et insuperabiles,
Currus Dei ignei dicuntur, et ut tales visi fuerunt. Horum ministerio
raptus Elias, curru igneo raptus est dictus: quorum praesidio cum
Eliseus ~~[struck]~~ esset munitus, potentissimi Regis se obsidentis
derisit et illusit insaniam, et curru igneo circumuallatus est dictus.

De

Imo cum unus esset Angelus ad illius conservationem missus, mons
visus est plenus equis et curribus igneis; quia Angelus nunquam est solus
sed cum illo semper sunt myriades Angelorum. Id perspicuum factum
est in Christi nativitate, quam cum unus Angelus annunciasset pastor
facta est multitudo militiae coelestis exercitus cum eo. Non est ergo cur
ab hostibus domini nostri sit timendum, cum Angelos sui propugnatores
et defensores habeat. Idcirco Eliseus puero suo dixit ne timeas, plure
enim sunt pro nobis, quam contra nos. Vide Lectica

25 Custodes, quos Deus, apud Isaiam, super muros Hierusalem constituit,
Isa. 62 qui non quiescant neq' die neq' nocte, Angeli [illegible] sunt: quibus
Deus mandauit, ut singulorum quidem, sed in primis totius Ecclesiæ
curam gerant: Cuius muri sunt Principes, Prælati, et Prophetæ:
Hier. 15. Dedi te in murum æneum dixit Dominus Hieremiæ. His autem
Psal. 126 omnibus dedit Angelum custodem: Nisi enim Dominus custodierit
ciuitatem, frustra uigilat, qui custodit eam. Nam etsi homines
sanctissimi custodiant, interdum tamen dormiunt dormitantq',
et illis dormientibus inimicus homo Zizania superseminat. At
Angeli nullo uel breuissimo somno capiuntur, sed die ac nocte
non tacent: siquidem neq' noster et illorum inimicus aliquando
stertit: circuit autem quærens quem deuoret: propterea custodibus,
qui semper nostræ inuigilent saluti, opus habemus. Angelis itaq'
mandauit de nobis, ut custodiant nos in omnibus uijs nostris. At
non ita custodiunt Angeli, quasi Deus feriatus a nostra cura existat,
sed custodit in his custodibus: Nisi enim Dominus custodiat ciuitatem,
Iob. 7 frustra uigilat, qui custodit eam. Propterea a Iobo hominum custos
psal. 120 est appellatus: et de eo dixit David: Dominus custodiat introitum
tuum et exitum tuum usq' in seculum seculi. Deus enim est, qui omnia
in omnibus operatur. Idcirco in hominum et Angelorum custodia
Deus custos omnium est agnoscendus: neq' interim illi, per
quos nos custodit, sunt aspernandi, sed debitis gratijs et laudibus
honorandi. Assidui enim et indefessi sunt custodes, semper
clamantes contra hostes, eorum insidias patefacientes, et pro
nobis Deum deprecantes, ut nos ab omni malo custodiat.
Custodit autem omnes diligentes se, quasi pupillam oculi sui, unus
ex his non peribit. Angeli sepes illa sunt, qua Dominus apud
Isa. 5 Isaiam et Matthæum uineam suam circumdedit; quã si auferat,
Matt. 21 statim in ruinam, et conculcationem hominum, et dæmonum fiat.

De

Propterea David: Et singularis ferus depastus est eam. De [illegible] vineæ sepe plura uide in verbo Sepes.

26 Dij Hebraice אלהים idest, Elohim appellati sunt Angeli sicut et
psal 82 Iudices. Deus stetit (canit David) in medio Deorum, Angelorum s.
ex 21 uel etiam Iudicum: de quibus Exodi 21, Applicabis ad Deos idest
ex 22 Iudices: et alias 22 Dijs non maledices idest Iudicibus: et de Angelis
psal 138 iterum psal. 138 In conspectu Deorum psallam tibi idest Angelorum.
Est itaque hoc nomen Deo Angelis et Iudicibus commune, non quidem
quod Angeli et Iudices natura Dij sint, aut Deo comparari possint,
sed quod Angeli et Iudices alijs praesint, sicut Deus et Angelis, et ho-
minibus praeest. Cum itaque Angeli diuina quadam dignitate et
authoritate inter homines perfulgeant, illisque ab omnibus tanquam Deo
sit parendum, et Deus eos ulciscatur, qui eorum iussa non fecerint,
Dij appellantur: quia ab omnibus sint colendi et audiendi, quos alioqui
Iudices sint experiundi. Nam si homo homini Deus sit habendus,
a quo sit bene meritus, Angeli etiam, qui erga homines beneficentissimi
sunt, iure optimo, sine tamen unius ueri, et solius Dei iniuria et
derogatione, erunt appellandi Dij: quando praesertim hoc nomine a
spiritu sancto in sacris libris honestentur. De his scribit ad Corinthios
1 Cor 8 D. Paulus: Etsi Dij multi sint in caelo et in terra, nobis tamen unus
est Deus. Dicuntur itaque Dij, quod diuinitatis suae Deus illos consortes
fecerit, non quod natura et substantia Dei sint, qui unus tantum
esse potest. Differunt autem hi, qui a Deo facti sunt Dij, et diuinitate
a Deo donati sunt, ab his, qui cum essent homines corruptibiles et mor-
tales a superstitione Gentium Dij sunt mentito appellati, etsi homi-
nes facinorosi essent. Hi namque falsi, illi autem uere Dij sunt nuncupati.
Sunt autem Elohim appellati, quod diuina quadam uirtute polleant
neque quicquam agant, quod a Dei uoluntate discrepet; quia sunt Dij
a Deo facti, ut illum in caelo et in terra representent.
Origenes Hom. 8 in Exod. Quid autem (inquit) causae sit in
Dijs multis, uel Dominis multis: si intente et patienter auditis,

ipsi vos scriptura poterit edocere: Ait enim ipse Moises in Deut. Cantico
Deut. 32 Cum divideret Excelsus gentes, et dispergeret filios Adae, statuit termi-
nos gentium iuxta numerum Angelorum Dei. Angelos ergo, quibus
regendas gentes comisit Excelsus, vel Deos appellari vel Dominos cōstat:
Deos quasi a Deo datos, et Dominos quasi a Domino sortitos sint po-
testatem. Unde Dominus dicebat ad Angelos, qui non seruauerant prin-
psal. 81 cipatum: Ego dixi Dij estis, et filij Excelsi omnes. Vos autem ut
homines moriemini, et sicut unus de principibus cadetis. Haec ille.
lib. 5. Origenes contra Celsum scribens, Quos neque Angelos (sic igitur) pro eorum mi-
nisterio fuisse et nomen sortitos didicimus, et divinos vel deos plerumque in
sacris nominari, cum alioquin nobis nihil iniungitur, ut quia ministri dei
ad nos quae dei sunt deferant pro diis colamus. Vota itaque ac preces
omnes et gratiarum itaque actiones ad deum sunt per Angelos transmittenda.
Haec ibi. colendi itaque equidem nobis sunt Angeli sed tamquam servi dei, non
autem ut dei. propterea de his scribit D. Aug. Honoramus eos charitate
non servitute, nec eis templa construimus. Recte itaque scribitur, homi-
Ap. 22. nem ab Angelo prohibitum, ne se adoraret, sed unum deum, sub quo et ille
esset conservus. Hoc autem dixit D. Augustinus contra Hereticos Angelicos
appellatos, eo quod Angelos ut deum colerent, eis templa et altaria
erigentes et sacrificia offerentes, quae soli debentur deo vero.

27 Domini אדנים appellati sunt Angeli illi tres, qui apparuerunt Abrahæ
Gen. 18 ~~Gen. 18~~; qui et uiri et nomine יהוה sunt appellati, quod per illos
diuina naturæ unitas et personarum Trinitas Abrahæ sit demonstra-
ta. Sed de nomine יהוה quod nos uertimus et interpretamur Dñus,
infra dicemus: nunc de nomine eorum Adonim, id est Domini,
nobis est dicendum. Hoc enim nomine eos compellare solemus, qui
potestatem habent super alios, et qui benefici sint: ita Christus Domini
nomen definiuit. Cum itaq. Angeli potestatem habeant super nos
sibi a Deo traditam, et nos infinitis beneficiis afficiant, Domini nostri
iure optimo a nobis appellantur. In his tamen unum tantum agno-
scimus nostrum et illorum Dominum Deum unum, cuius omnes
serui sumus: alius quidem sic, alius uero sic. Propterea Abraham
Angelos nomine plurium Dominos, et nomine unius appellauit:
quia in pluribus unum adorabat Deum. Nomen autem Hebraicum
אדן quod Basim sonat, significat Angelos a Deo factos fuisse
quasi bases quasdam sui ædificij. Nam Angeli in creatione primi exti-
tere reliquo ædificio solidiores et præstantiores: quorum præcipuu'
munus est illud sustentare et conseruare. Nam illi non solum cęlis
præfecti sunt, sed prouinciarum Domini constituti fuere: Iuxta
siquidem (inquit Moises) numerum Angelorum constituti sunt termini
Deut. 32 populorum: et alij alias (ut ex Daniele uidere licet) sortiti sunt pro-
uincias administrandas: unde Domini merito et in cęlo et in terra,
1. cor. 8 asserente D. Paulo, sunt nominati. Tanta autem eorum est humilitas
et charitas, ut quamuis Domini sint et dicantur, conseruos tamen
hominum se appellent, ut supra in uoce Conserui.

28 Dominus idest יהוה Jehovah quandoq et praesertim, quando
Gen 18 apparuerunt Abraha sub viri specie appellati sunt Angeli, eoq cum
nomine persaepe Angelus, qui cum Moise loquebatur usus est:
Exo. 3. Apparuit scriptum est: Angelus Domini, Moisi, in flamma ignis
in medio Rubi etc. Et paulo post idem Angelus inquit. Vade
congrega seniores Israel, et dic eis: Jehovah Deus patrum nos-
trorum apparuit mihi etc. Angelus ergo, qui apparuit Moisi, et
quocum loquebatur, et a quo legem acceperat etiam Jehovah ap-
pellabatur. Quod quidem nomen, cum diuinam essentiam si-
gnificet prorsus incommunicabilem, nomen separatum appellatur
quod nulli creaturae omnino conueniat. Propterea cum Angelus
se Jehovah appellat, id non proprie, sed abusiue sibi usurpat, non
propter essentiam sed propter ministerium. Nam cum illo et per illu
loqueretur Jehovah, qui per se nunquam, sed semper per subiectam
creaturam loquitur: etiam nomen illud usurpare iure sibi potuit Ang.
Frequenter enim instrumenta de sui autoris nomine nuncupantur.
Angelus itaq cum sit Jehovah minister immediatus, in quo Dei natura
et essentia potissimum est agnoscenda. Jehovah appellari non proprie
sed improprie et ministerialiter potuit. Nam et Christus de suis
.uc. 10 Apostolis dixit: Qui uos audit, me audit. Qui audit me, audit eum,
qui misit me: et iterum: Non estis uos, qui loquimini, sed spiritus
Matt. 10 patris mei loquitur in uobis. et alias: Qui uos recipit, me recipit.
Propterea D. Paulus dicere de se ipso non dubitauit. Suscepistis me
Gal. 4 sicut Angelum, sicut Christum Jesum: et alias. An experimen-
2. cor. 13 tum eius quaeritis, qui in me loquitur Christus? Quemadmodu
itaq neq Christus erat in Apostolis secundum propriam substantiam,
et nihilominus tanquam Christus et Angelus poterat recipi propt
ministerium Christi: ita et Angelus cum ad minister sit proxi-
mior Deo, in suo ministerio nomen Dei separati sibi usurpare potuit
et Jehovah appellari. Secus uero de Messia in nominis huius usur

pratione

pacione, et ascriptione dicendum est. Ille enim cum Deus sit et homo
non improprie et ministerialiter, sed proprie et essentialiter, apud
Her. 23. 33 Hieremiam, Ieouah erat appellandus. Ut itaq. Abraham et
Moises intelligerent se non cum Angelo sed cum Deo potissimum
agere, qui est ipsum ens, a quo sunt omnia entia, et Deum in Angelo
sibi esse auscultandum, ~~[illegible]~~ Angelus Ieouah se appellavit, ut
pote quia per ipsum et in ipso loquebatur Deus, qui non nisi per
subiectam creaturam, nunquam autem per se ipse loquitur nisi in
Heb. 1. loquentus est nobis (ut scribit D. Paulus) in filio, quem constituit heredem universorum
Iesum Christum qui etiam ut homo propter unionem plusquam hypostaticam Deus vere
est et dicitur, quem qui audiat Deum ipsum per se ipsum loquentem audiat. quod de propheta
in quo et per quem loquitur Deus dici non potest quia est creatura licet nobilissima
non autem creator ut est et dicitur Christus Deus et homo.
Est itaq. Angelus ~~[illegible]~~ ministerio et participatione Iehova, non autem
natura et substantia. De Angelo quidem dicit Deus, Ecce ego mitto Angelum
Ex 23 meum ante te in quo est nomen meum. sed Christus Dei nomen appellatur
quia non in illo per participationem sed per essentiam est Deus sicut vere, sic Deus
ut de illo testatur Isaias, vere tu es Deus absconditus. Quod vero Christus
Dei nomen sit et appellatur quaere in divinis attributis. Nomen.

29 Dominationes Angelos denominauit S. Paulus ad Ephesios et
Ep. 1. Col. 1. Collosenses scribens. Ex his autem quartum eorum ordinem esse uolunt;
quibus potissimum omnium dominatuum cura sit demandata.
Dominatio autem cum, (ut Dionysio placet) non solum sit quaedam
eminentia, sed inuiolabilis firmitas, ad omnes transferri potest Angelos.
Quibus omnibus a Deo concessa est dominatio firma et stabilis super
omnes creaturas; ipsi enim praesunt et dominantur caelis eos mouen-
tes: elementa conseruant, mari imperant, terram sustentant, et
omnia, quae in caelis et terris sunt, moderantur. Unde uere Domi-
nationes appellantur, quod perpetuo et sine ulla mutatione aut dimi-
nutione sui dominatus omnibus dominationibus caelorum stellarum
elementorum, hominum et daemonum dominentur: idque in omni
Ps. 144 et tempore Dominationis Dei. Regnum tuum, inquit Propheta, Regnum
omnium seculorum: et dominatio tua in omni generatione et ge-
neratione. Dei autem Dominatio Angeli sunt, per quos in omni loco
perpetuis temporibus omnibus dominatur creaturis. De his scribit D.
Gregorius: Dominationes autem uocantur, qui etiam Potestates
Principatuum dissimilitudine alta transcendunt. Nam principari
est inter reliquos priorem existere. Dominari autem est etiam subiectos
quosque possidere. Ea ergo Angelorum agmina, quae mira potentia
praeeminent, eo quod eis caetera ad obediendum subiecta sunt, Domi-
nationes uocantur. Haec ille. qui paulo post subdit: Sic quippe
in illa summa ciuitate specialia quaedam singulorum sunt, ut ta-
men sint communia omnium: et quod in se ex parte quisque habet,
hoc in alio ordine totum possidet. Haec ibi.

30. Domus idest Familia Dei Angeli appellantur, quod domestici Dei sint
et familiares: illum enim semper praesentem habent, et illi perpetuo
assistunt, et ministrant. Idcirco Raphael se dixit esse de domo idest
familia magni Salomitis: et, ut in nomine Azarias expressit [illegible]
de hac domo intellexit vates, cum eos beatos dixerit, qui habitant in
domo Dei, eum perpetuo laudantes. Habitare autem in domo Dei
est inter Angelos Dei familiares et domesticos versari: sicuti testatur
D. Paulus: Vos singuli estis domestici Dei, et cives sanctorum.
Familiariter autem cum Deo agit et versatur, qui sanctitatem aemulatur
Angelorum, ut sanctus sit, sicut et illi sancti sunt, Dei domestici
et familiares appellantur moribus et actionibus a patre familias
non degeneres, ~~[illegible]~~ [illegible] existentes:
ut sic Deus laudetur in sanctis suis: Sic enim decet domesticos et
familiares patri familias esse consimiles, ut domus et familia
Dei sint et appellentur. Ad Dei ergo familiam in primis spectant Angeli
et iusti omnes, unde frequenter a Domino Deus ipse comparatus est patrifa-
milias, et D. Paulus exclamavit, genua mea ad patrem Domini Iesu Christi a
Eph. 4. ex quo omnis paternitas in caelis et in terra nominatur. Notandum in
[illegible] D. Hier. quod non dixerit ex quo omnis paternitas in caelis et in terra nata
est vel creata, sed ex quo omnis paternitas in caelis et in terra nominatur.
Aliud est. n. appellationem paternitatis mereri, aliud naturaliter habere sortitum
paternitatem autem quae in Graeco πατριὰ [illegible] i. cognatio vel familia
dicitur. [illegible] Habet itaque Deus familiam in caelis Angelos, in terris vero
electos, qui etsi nunc propter carnis infirmitatem et naturae imbecillitatem
ab Angelorum consortio sint separati, paulo post cum illis comprehendentur [illegible]
et comprehensi sunt si tamen in charitate fundati et radicati constiterint.

31 Dracmæ illæ nouem, quas mulier illa apud D. Lucam non perdidit, nouem Angelorum ordines esse interpretatus est D. Gregorius.
Luc. 15.
Dracma autem denarium esse uolunt trium siclorum: in quo Principis imago aut inscriptio sit sculpta aut formata. Denarius porro numerus est perfectionis et diuinitatis hieroglyphicum: Nouenarius autem numerus cum ex tribus triadis conficiatur, tres illas diuinas personas in una diuina substantia significat. Cuius figuram et symbolum cum gerant nouem illi cœlestium spirituum chori, Dracmis sunt comparati nouem: In illis enim Deus, quoad creatura ferre potest, relucet, qui in denario demonstratur: In eis diuinarum personarum Trinitas conspicitur: quando singulæ hierarchiæ tres Angelorum ordines ascribantur. Nouenarius etiam numerus ter repetitus eundem semper numerum refert: siquidem etsi diuersi sint ordines, non idem tamen recipiunt sibi inuicem, quæ propria sunt, communicantes sicuti facit numerus nouenarius

hoc modo	1	9	[illegible]
	2	8	2
unitatis.	3	7	3
Nam unus	4	6	4
	5	5	5
ita ut unus	6	4	6
augetior:	7	3	7
	8	2	8
semper in...	9	1	9

Est itaque nouenarius numerus stabilitatis communicantiæ et æqualitatis symbolum. cum nono coniunctus facit nonaginta unum a nono augetur, et nonus fiat per unum neque tamen numerus nouenarius excedatur semper perseuatur repetendo nouem.

Decimam uero dragmam, quam perdiderat mulier, et inuenta illa conuocat amicas et uicinas dicens: Congratulamini mihi, virtutes illas Angelicas esse D. Gregorius interpretatur, hominem humanum genus esse uult, quod certe decimum ordinem non constituit, sed quando illa efficiendæ sunt malorum spirituum ruinæ et in eorum locis constituendi sunt electi, qui decima Dracma sunt appellati: qui cum per Adæ peccatum essent deperditi, per

quas [illegible] amicas

Dei

Dei summam sapientiam et charitatem sunt redempti: itaque gaudium sit Angelis in celis super uno peccatore penitentiam agente. Quae quidem penitentia etsi quandoque sera sit, manifestum tamen est indicium electionis Dei. Per illam enim electis imago et similitudo illa Dei restituitur: et paradisi ianua aperitur, ut ~~electi~~ cum Angelis perpetuo felices coram Deo uiuant: et ita denarius numerus compleatur.

Sed cur dracmis comparantur Angeli non quidem deperditis sed seruatis? Dracma est numismatis genus ~~aqua~~ argentei in quo Regis insigne et imago sit insculpta ad hominis usum formati. Quales Angelos formatos a deo fuisse non dubitamus, cum de illis scripserit D. paulus ad ministerium eorum missos usque quod hereditatis capiunt salutem. Ut enim numismata in uita sit ad hanc uitam sustendam, Ita Angeli nobis dati sunt ad uitam eternam et omnia bona consequenda. In illis autem ut in homine dei imago est impressa, sed homo peccando illam prorsus amisit, Angelus uero conseruauit integerrimam, unde ille dracma quidem sed deperdita et deprauata, Angelus uero dracma conseruata in nouenario numero censetur. Deperditam autem quaesiuit in mulier non conseruatam. Hec enim Angelus, sed homini et Abrahe apprehendit Dei charitas in christo, Angeli enim potius illi sunt quod de recuperata dracma gaudent et congratulantur ut numerus illorum denarius compleatur. Tunc enim perfectum consummatumque gaudium erit Angelis in celis cum ex hominibus completi fuerint ordines Angelorum a quibus Angeli preuaricantes delapsi et depulsi fuere. Quod tunc fiet cum deuicta morte christus omnia patri subiiciet; ut sit deus omnia in omnibus 3

32 Duces populi sui et in primis electorum Angelos esse voluit Deus:
Ut enim bella non nisi homine duce recte ducuntur: ita homines
non nisi ab Angelis recte duci possunt. Angeli porro et homines a Deo
ducti sunt. Propterea Abraham servo suo proficiscenti Mesopotamiam
ut inde acciperet uxorem filio suo, dixit: Ipse, (Deus) mittet
gen. 24 Angelum suum ante te, et accipies uxorem filio meo inde. Id autem
aliud non erat, quam, Deus tibi Angelum in ducem itineris et negocii
praestabit. Cum praeterea recusante Loth exire e civitate, quam paulo
post igne et sulphure Deus erat consumpturus, Angeli illum cum uxore
gen. 17 et filiabus ad manum eduxerunt, et in loco tuto statuerunt, optimi
Ducis officio functi sunt, et se duces hominum esse declaraverunt.
Propterea Angelus ad Tobiam patrem de Tobia filio dixit: Ego eum
ducam et reducam ad te sanum et incolumen. Habemus autem Angelorum
exod. 14 ductus praeclarissimum exemplum. De Angelo enim scribit Moises:
Quod Angelus, qui praecedebat castra Israel, tollens se ivit a tergo
ipsorum: et profecta est columna nubis, quae erat ante eos, et stetit a
tergo ipsorum, et venit inter castra Aegyptiorum, et castra Israel:
nec appropinquavit alter ad alterum tota nocte. Angelus ergo in
specie illa nubis per diem, et in columna ignis per noctem, ducem
egit populi Israel non solum in transitu maris, sed in itinere deserti.
exod. 23 Idcirco alias dixit illi: Ecce ego mittam Angelum meum ante te, ut
custodiat te in via, et introducat te in locum, quem praeparavi: Cave
a facie eius, et observa vocem eius, ne exacerbes eum: neque enim
parcet praevaricationi vestrae: Nomen meum in medio eius.
Quamvis autem Deus ducibus Angelis usus sit, cum populus suus per
desertum peregrinaretur, ipse tamen solus illius dux est dictus.
exod. 13 Idem enim Moises, quae de Angelo dixit, Deo ascribit: Et Deus, ait,
praecedebat eos interdiu in columna nubis, ut deduceret eos per
viam, noctu vero in columna ignis, ut luceret eis, ut ambularet diu
exod. 15 noctuque: Et iterum: Dux fuisti populo tuo in misericordia.

Da[illegible]

Duces erant enim Angeli populi Dei, sed Ductore Deo: sine quo neque Angeli neque homines vel recte duci, vel ducere [illegible]. Propterea Moises tunc in primis ducem suum deprecabatur. Quod autem de populo Israelitico scriptum est et semel [illegible], id de singulis hominibus, et de electis praesertim censendum est: quibus a Deo Angelus in ducem datus est: sicut scriptum est: Angelis suis mandavit

psal. 90 de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis: In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

33 Electi appellati sunt Angeli à D. Paulo: scribens enim ad Titum:
.1.Tim.5. Contestor, ait, coram Deo et Christo Iesu, et electis Angelis eius etc.
Electi autem ... dicti, ne illos æternos, aut Deo coæternos fuisse existimemus. Electio enim cum sit secundum Dei æternum propositum, Angeli quidem ab æterno, et ante tempora secularia fuerunt electi, sed non nisi in tempore et cum tempore creati sunt.
Quos autem elegit secundum suum beneplacitum, eos per gratiam suam in ea innocentia, qua creati sunt, confirmavit ita, ut ab ea nunquam sint lapsuri: unde electi sunt vocati, quos nemo de manu Dei rapiat, ut discernantur ab iis, qui in innocentia accepta non perstiterunt, et reprobati sunt. Boni ergo et sancti Angeli Electi dicti sunt, ut declaretur, ipsos à Deo fuisse suo beneplacito præuentos, non autem illos Deum præuenisse suo ipsorum merito: qui non præuentus, omnes Angelos et homines sua misericordia præuenit. Misericordia tua, inquit Propheta,
pſal.58 præueniet me, et subsequetur me omnibus diebus vitæ meæ. Quod de Electis Angelis dicere quoque possumus: quos omnes tuto Electos vocare licet: postquam ab Electionis gratia decidere nequeunt. De iis potissimum
pſal.105 cecinit David: Memento mei Domine in beneplacito populi tui: Visita nos in salutari tuo: Ut videam in bonitate Electorum tuorum. Ut læter in lætitia gentis tuæ: Ut lauder cum hæreditate tua.
Electos autem Heb. vocat בחורים quæ vox iuuenem significat frugi ad quodcumque negocium et opus aptum, foris et domi, in pace et in bello. Angeli itaque cum viribus semper æque polleant, neque senescant unquam
pſal.102 aut infirmentur: sed, ut ait Propheta, potentes sint virtute ad faciendum verbum ipsius. Iuuenes electi et præstantissimi appellantur.
Omnia quidem Dei voluntati obediunt, nec est qui ei resistere possit: sed alia necessario ut insensibilia, voluntatem Dei explent: alia inuite, ut Demones: alia ægre, ut homines; alia perfecte, ut Angeli eam faciunt. Propterea Christus nos docuit orare: Fiat voluntas tua sicut in cœlo et in terra. Ibi enim à sanctis Angelis perfectissime eum Dei

Margin note: a omnia præuenit

Dei voluntas perficiatur, Electi appellantur: qui cum prius a Deo fuerint
electi, Deum elegerunt: et quem semel elegerunt, perpetuo retinuerunt.
Passive itaque et active Electi sunt appellati. Quales omnes Dei electi
sunt, si conformes ~~fiant~~ Christo, et electis Angelis eius. Ut enim illi
electi a Deo elegerunt Deum: ita et caeteri omnes electi Dei ~~facient~~ esse debent
diligentes bonum et malum negligentes: et quod melius est, e bono
delectantes. At non de omnibus hominibus etiam si nobis iusti videantur
sicuti de omnibus Angelis ~~de~~ electos esse dicere possumus, cum soli Deo noti
sint qui usque in finem in accepta iustitia sint perseveraturi, quod de Angelis
dubitari nulla parte potest. Unde soli ipsi vere et proprie electi
sunt dicendi, quandoquidem nulla sibi proposita conditione ~~[illegible]~~ ad
beatitudinem et felicitatem sunt asciti ~~et~~ ascripti. et ad ~~hoc~~ ministerium
eorum qui hereditatem capiunt salutis electi et destinati.

De

34 Electrum dicti sunt Angeli a sanctis prophetis: quod aliquando illi uisi fuerint sub forma et specie Electri: de quo Ezech. i habetur: Ezec. 1. Et aspectus eius, aspectus Electri de medio ignis. Electrum autem Plinio nostro est aurum quinta parte argento commistum: quod in igne positum, admirabilem et uariam spectantibus praebet speciem: unde Angelorum quandam praesefert imaginem et praestantiam. Nam cum auro et argento nihil inter metala est praeciosius: ita Angeli nobilitate caeteras superant creaturas. Non sunt purum aurum: quia neque Deus sunt neque ex Dei substantia, sed Deo proximiores et quasi simillimi sunt: Aurum enim eorum argento est mistum, ut etsi a Deo longe sint diminuti, non tamen aliqua sunt labe notati: cum sint aurum non stanno aut aere sed argento commistum: quorum aspectus, laetos hilares et beatos faciat. Vox autem Heb. חשמל Hasmal quam nostri uerterunt Electrum: Hebraei interpretes nomen Angeli esse uolunt: Chaldaeus dicit esse nomen Angeli ex duabus uocibus compositum חש quod est tacere. et מלל quod est loqui, quia Angelus tacens loquatur. Alii sic appellatum esse uolunt, quod de medio ignis locutus sit Moisi, et fuerit quasi electrum in medio ignis. Ut enim electrum illorum beatorum spirituum excellentiam et praestantiam significat: ita ignis charitatem, qua erga Deum et homines perpetuo flagrant, demonstrat. Dicitur autem Angelus tacendo loqui, quia ipse uocem non edat, ut persuadeat eum uirtute sua ad animum penetrare possit, et in illum diuina sensa immittere. Siquidem et ignis occulte operatur, etsi extra non uideatur. Electrum tamen Origeni auro est praeciosius. De illo enim super Ezech. Hom. i. ita scribit: Electrum non solum argento uerum et auro praeciosius est. Electri autem pro elementis nullus scriptura posuit. haec ille Cum itaque Angeli Electro comparantur, declaratur illos splendor

pra-

prefulgere, et spectantibus non mediocrem ~~non mediocrem~~ prebere consolationem ~~...~~ ~~...~~ vatibus. Quod itaque vidit sub specie electri in igne positi Ezechiel, non deus sed Angelus, si hebreis credimus, fuit qui ... interpretatur, in specie electri in medio ignis Ezechieli cui ... significaret post tormenta que per ignem demonstrantur electri speciem per quod bona significant esse subsecuturam. ... nostra fiat. Nam etiam qui Mosi visus est Angelus in igne apparuit qui rubum ... ardebat et non comburebat, ut significaret deum ... permittere ut populus affligeretur a pharaone, sed non permissurum ut funditus consumeretur, sic etiam per angelum sub specie electri in igne positi Ezechieli demonstratum est de dei populo in captivitate babilonica ... quasi electrum in igne posito, ex qua splendidior et gloriosior erat vindicandus ut electrum igne fit purgatius et splendidius. Significat etiam electrum in igne positum Angelos electos ... ... certo quodam modo, ... miserijs et calamitatibus ... aliquando multa cum vera gloria sint emersuri. Hec nobis Angeli huiusmodi visio nimis nobis significat.

Ex. 3.

~~Elhoim, vide ...~~

Elhoim, vide ...

Hab. 3 — 3. Equis similes visi sunt Angeli. De his Habacuc: Ascendisti super
equos tuos: quadrigae tuae, et equitatus tuus ad salutem. Quem
locum explicans D. Hieronymus: Superinducit (ait) Deus eques,
eques, et auriga praecipuus equos suos, Angelos videlicet sublimes
virtutes super mare huius seculi, ut turbet aquas multas, daemones
Hier. 4 — et contrarias potestates. Hieremias de his: Ecce (ait) ascendet
tanquam nubes, et veluti turbo currus eius: leviores sunt aquilis
equi eius. Ita siquidem agilitas Angelorum describitur, qua vel
uno momento vobis adesse et suam operam praestare possunt.
Ioel. 2 — Ioel quoque Iudicis adventum postremis temporibus futurum una
cum Angelis suis describens: Tanquam (ait) aspectus equorum
aspectus eius: et tanquam equites sic current, sicut strepitus qua-
drigarum super vertices montium subsilient; et sicut sonitus
flammae ignis devorantis stipulam: et veluti populus fortis dis-
positus ad praelium. Quibus quidem metaphoris Angelorum
insuperabilem virtutem et potentiam explicat: qua possint
[illegible] proximis explere, et electis suis orbem terrae.
4 Reg. 2 — Propterea apud Reges habetur, Eliam fuisse curru, et equis igneis
4 Reg. 6 — in coelum sublatum: et rursus: Eliseum fuisse circumsep-
tum et munitum. Qui certe equi Virtutes illae caelestes fuere in
ministerium salutis missi electorum Dei. Cuius rei exemplum apud
2 Mac. 10 — Maccabaeos habetur: Cum acris pugna initia esset, visi sunt hostibus
quinque viri e coelo missi equis auro fraenatis insidentes atque insi-
gnes: quorum duo Iudaeos praecedebant, Maccabaeum armis suis
protegentes conservabant immunem [illegible]: in hostes vero tela et
Zac. 1 — fulmina iaciebant. Zacharias item nocte vidit virum sedentem
super equum rufum, quem sequebantur equi rufi, albi, et varii:
in quibus designati sunt Angeli cum Christo ad iudicium venturi
et electos collecturi. D. vero Ioannes sub eadem forma Angelos

conim

Ap. 9 contra uerbi Dei hostes pugnantes uidit, quorum capita leonum essent. Sub equorum autem forma et metaphora ea de causa eosmet et descriptos Angelos fuisse crediderim: quod ut animal illud est omnium pulcherrimum, generosum, et hominum usui maxime comodum et necessarium: ita Angeli sint omnium rerum conditarum excellentissimi et praestantissimi, et hominum saluti pernecessarii: a quibus demum quasi quibusdam curribus et equis igneis et defendantur, et in caelum ferantur. Qui cum Dei sint obsequentissimi administri, equis comparantur, qui ad sui equitis arbitrium sine ulla contradictione moueantur, non inuito, aut necessario, sed spontanee. Propterea uisi sunt fraeno aureo fraenati: ut enim stimulo, ita fraeno non egent Angeli, qui summa cum libertate et ratione Dei uerbum faciunt: propterea fraenum aureum habere uisi sunt. Eorum autem generositatem satis descripsit D. Joannes leonum capita eis affingens, ut Dei et electorum hostibus terrori sint. Leo enim rugit, quis non timebit. Dei equi sunt Angeli, quibus ipse diuina sua uirtute insidet, et administris suae uoluntatis utitur. ....

Vide Lectica et sequitur Equites

36 Equites etiam dicti sunt Angeli apud prophetas Ioelem et Habac[uc]. Tanquam

Ioel. 2. Equites (ait Ioel) sic current: et Habacuc: Quamplurimi sunt equites
Hab. 2. eius: de longe venient et advolabunt quasi aquila festinans ad comed-
endum. Sunt itaque Angeli Equi et Equites: Equi quoad Deum illis
insidentem: Equites vero quoad caeteras creaturas, quibus praesunt, et
quas, ut Eques equos suos, moderantur. Praesunt enim illi caelorum
orbibus, et eos movent, ut assessor equum movet. Elementa item in
officio continent, provincias administrant, iustos custodiunt, non
secus ac eques custodit equum. Propterea D. Ioannes vidit caelo[rum]
Ap. 6. 9. exercitus super equos albos, qui certe iusti et innocentes sunt, qui Ange-
lorum curae commissi sunt.

Equites etiam dicuntur Angeli, quod nobilitate caeteris creaturis eo prae-
stent, quo eques equo praestet: vel quo equites peditibus sunt praestan-
tiores, et movens sit moto nobilior. Movent autem Angeli minime
se moventes, sed simplici intellectus motu a Deo moto et afflato. Nam
etiam eques etsi equum moveat, ipse immobilis praestat, et pro arbitrio
equum agit, sive illum impellat calcaribus admotis, sive fraeno
illum retrahat. Angelorum porro calcaria et fraena suasiones et
dissuasiones sunt, quibus cum hominibus utuntur non loquendo,
sed aspirando; quibus qui consensum adhibeant, quasi equi illorum
esse videntur: eadem n. fere ratione cuncta movet Angelus, qua
mens et anima corpus, et illius actiones movet et moderatur: siquidem
anima quasi eques corporis est, quae si cum ratione agat, etiam
actiones corporis recte disponuntur. Quando autem sapientiss. et prudentiss. si[...]
equites Angeli ex perspectu potissimum rerum sensibilium statu et motu satis perspectum
sit cum nulla libero carent arbitrio sui motoris sine ulla contradictione sequun[tur]
[illegible] vero cum arbitrii libertatem sit nactus, non semper Angeli motum sequitur,
sed contra potius et suam ~~potius~~ quam Angeli voluntatem sequitur. Est itaque Angelus
eques [illegible] equi nisi [illegible] hominum agat et [illegible]. Sic illud Habacuc explic[at]
Habac. 3. vit fecisti in mari equis tuis Angelos interpretatur sup. mare huius saeculi ut urbem
aquas multas daemonia et contrarias potestates | vide sup. Equi

Excelsi

37 Excelsi appellati sunt Angeli, ~~Angelis~~ ipsis in Christi nativitate canentibus:
Gloria in Excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonae voluntatis:
Ut enim in terra hominibus ex Christi adventu pax, quae ex peccatorum
remissione oritur, venit: ita maxima augendae gloriae et felicitatis
oblata est Angelis occasio: unde perpetuas tanto beneficio laudes, et
gratias Deo persolverent. Excelsi autem appellati sunt, quia dignitate
et excellentia virtutum, omnes creaturas caelestes, terrestres, et infernales
superent, et Deo proximiores sint: qui excelsus solus est, et super excelsos
habitat. Hinc enim illi post adeptam gratiam ab omni corruptione sunt
alieni: Caeli mutabuntur, et terra transibit, Angeli autem perpetuo stabunt:
quia incorruptionem, et immutabilitatem a Deo nacti sunt. Propterea Job
Job 25 de his: Altitudines caelorum sit, quid facies? ~~[illegible]~~ qui facit pa-
cem in excelsis. Nam cum Angeli innumerabiles sint exercitus diversorum
ordinum, nulla tamen est inter illos discordia, sed omnibus est idem nolle, et
idem velle: Unde summa et perpetua pax inter ipsos viget. Quamvis autem
excelsi et sublimes sint, non tamen nos homines viles et abiectos dedignantur,
sed nobiscum in terris versantur, et nostra curant, nosque in omnibus viis
nostris custodiunt: a Deo caelestia bona nobis impetrant, et ad ipsum
Deum ducere student: ut in tanta tamque sublimi altitudine eorum beni-
gnitatem et incredibilem humilitatem addiscamus, et imitari studeamus.
Nemoque sit vel tam abiectus et destitutus humano favore, qui gloriari
non possit se habere Angelos caelis ipsis sublimiores, qui sibi assistant
et faveant in omnibus viis suis. Ab his etiam discant, qui apud
homines sublimem locum tenent, quali ac quanta cum humanitate
cum inferioribus et subditis versari debeant; si quandoque inter
Angelos collocari desiderent. Excelsi itaque illi sunt et dicuntur,
quod nihil humile et abiectum, aut terreum habeant, sed supercaeles-
tes sint, caelestia tantummodo sapientes.

[Margin note:] unde David, Deum in excel-
sis laudandum esse inducit psal.
148 Laudate ipsum omni-
um in excelsis. Laudate
eum in sanctis eius, ut Ange-
lis id ipsum esse accipi-
endum

38 Exercitus Hebraice צבאות Sabaoth Dei et cœlorum dicun
Gen. 2 sunt Angelorum ordines. De quibus Moises Gen. 2. Igitur perfecti sunt
celi et terra; et omnis exercitus eorum, quod nostra editio, ornatus eorum
habet: sed ibi est vox צבא Zeba, quae exercitus potius est. attamen
ornatus vertit interpres: cum Angeli celi et terræ sint ornamentum, et ful
cimentum: sine quorum opera omnia à potestatibus aduersis essent oc
cupata et usurpata. Significauit itaque Moises Angelos simul cum cœlo
et terra et cum tempore ipso fuisse creatos et perfectos. Nam vox
צבא tempus etiam significat statutum. Quod autem Angeli exercitu
3 Reg. 22 Dei sint, multis comprobari potest testimonijs. Vidi (ait Micheas)
Dominum sedentem super solium suum, atque uniuersum exercitum cœli
assistentem illi à dextra illius, et à sinistra eius. et apud Isaiam ab eo
Isa. 6 potissimum à Seraphim Deus commendatur quod sit Dominus exercituum.
Clamabat siquidem alter ad alterum Sanctus Sanctus ~~Sanctus~~ Sanctus
Jehouah exercituum. Nam etsi dominum cœli et terræ esse multum sit
nihil tamen prope est, si comparetur dominatui Angelorum: quorum
singuli instar maximi hominum exercitus: ex quibus infiniti conficiuntur
exercitus ex quolibet eorum ordine. Tot tantisque tantorum heroum uel
potius deorum præesse et dominari exercitibus ad maximam Dei gloriam
spectat. Exercitus autem nomine, Angelorum illa innumera agmina, et
infinitæ myriades ueniunt, ut eorum maximæ uires et insuperabiles dec
rentur, simulque eorum unitas, et indissolubilis concordia demonstretur.
Vt enim nihil fortius exercitu uirorum fortissimorum: ita nihil magis
ualet et pollet Angelorum exercitu. Et ut exercitus debet esse ordina
tissimus: ita Angelorum exercitus ordinatissimi sunt: et nulla inter
eos oriri potest discensio uoluntatum, sed omnes Dei uoluntatem, tanquam
proprium suorum propositum habent, ut eam faciant: Potentes enim
uirtute sunt ad faciendam uoluntatem eius: propterea uisi sunt circa
illum astare à dextris et à sinistris, ut quæ bene placita sunt, faciant
semper, quæ uero contraria illi sint, auertant, et prohibeant.

Horum

Horum exercituum arma et machina bellica non carnalia sed spi-
ritualia sunt, et in eorum uel uoluntate, uel uerbo consistunt: Nam
cum Michael cum Diabolo certans altercaretur (scribit Iudas) non
alijs armis usus est, quam uerbo dicens: Imperet tibi Deus: et D.
Ioannes de exercitu Angelorum scribens: et numerus (ait) equestris
exercitus uicies millies dena millia: Et ita uidi equos in uisione;
et capita equorum erant tanquam capita leonum, et de ore eorum
procedebat ignis fumus et sulphur. Hoc autem est Dei uerbum ignitũ
uehementer, quo illustrantur boni et calefiunt: et idem est fumus
obcæcans, et sulphur male olens malis. Utroq; autem tanquam
gladio uersatili et ancipiti utuntur Angeli, ut Diabolum configant
cum Angelis suis apostaticis. Insuperabilis ergo et diuina prorsus
est Angelorum uirtus, qui uel solo uoluntatis nutu uel uerbo con-
trarias possint profligare potestates. Omnia itaq; potest Deus in suis
sanctis: quorum omnium ipse est uirtus et fortitudo, ut [illegible]
Ap. 7. uno ore fateantur omnes dicentes: Honor uirtus et fortitudo Deo
nostro in secula seculorum Amen.

De

Zac. 1 39 Fabri quatuor uisi sunt Zacariæ prophetæ, qui uenerant ut ædificarent, quæ cornua idest potentes gentium destruxerant. Hos Angelos fuisse, D. Hieronymus interpretatur. Quatuor, (ait) fabros siue artifices, quos Græci τέκτονας uocant, non ipse propheta conspicit, sed ei Dominus ostendit, et exponit, qui sint fabri et artifices, quos nos Angelos intelligimus obedientes Dominicæ uoluntati, ut quod gentes destruxerant, isti ædificent. Hæc ille. Principes gentium, idest, Dæmones, per quatuor mundi plagas unius Dei cultum destruxerant, et falsorum Deorum per totum orbem inuexerant. Deus uero per prophetam pollicetur Angelos tanquam fabros et artifices, qui per quatuor terræ partes destructuros esse idola, et uerum Dei cultum ædificaturos. Deus autem et Christus Dei filius huius ædificij præcipui sunt ~~præcipui~~ fabricatores, Nisi (ait Propheta) Dominus ædificauerit

psal. 126 Domum, in uanum laborauerunt qui custodiunt eam: et Christus.

Matth. 16 Ego (ait) ædificabo Ecclesiam meam. Ædificant quoque Angeli, ædificant Apostoli et uiri Apostolici: illi quidem ut Dei ministri, hi uero ut instrumenta. Nam neque fabri sine instrumentis fabrilibus fabricant. Fabricant autem Angeli occultis inspirationibus mouentes, mouentes, et ducentes homines, illos a malo deterrentes, et ad bonum cohortantes et inflammantes, mentes illustrantes, et ignorantiæ peccatorumque tenebras repellentes. Videas præterea semper Angelos Domini non solum prophetis omnibus, sed Apostolis quoque, et his, qui in Ecclesiæ ædificio laborauerunt et astitisse et uisos fuisse: ut omnes intelligerent Idolorum destructionem, et Ecclesiæ ædificationem non hominum sed Dei opus esse. Propterea D. Paulus Christi fideles Dei ædificationem

1. cor. 3. appellat: Apostolos uero Dei ministros. Apostoli ergo et uiri Apostolici sunt fabri Ecclesiæ uisibiles et sensibiles: Angeli uero insensibiles et spirituales: Deus uero utrumque fabrum creauit, et in illis operatur sine quo in uanum laborarent Angeli, et homines. Unde fit ut omnes ædificent, solus uero Deus proprie faber et ædificator sit et appelletur.

Is. 55 Appellatur etiam Diabolus Faber apud Esaiam, ubi ait Ego creaui fabrum, ut non fabricandi sed destruendi ut sufflaret in igne prunas, [illegible] ... diabolum omnium malorum Facientes Artifices non necessitate naturæ sed mali sui arbitrio, [illegible] ... et propterea [illegible]

40 psal. 102. Facientes voluntatem Dei dicuntur Angeli. Benedicite (ait David) omnes exercitus eius, ministri eius, qui facitis voluntatem eius. Hoc unum est omnium Angelorum opus et exercitium, ut benedicant Domino omni tempore, et voluntatem eius faciant. Quibusnam verbis et vocibus, vel qua lingua divinas celebrent laudes, penitus ignoratur: Illud vero pro certo habetur, satis illos virium habere ad Dei voluntatem exacte faciendam, non solum in his, quae ad totius mundi et mortalium omnium regimen et administrationem spectant, sed in his, quae ad ipsos omnes Angelos pertinent et a Deo sibi sunt revelata, quae neque oculus vidit, nec auris audivit, neque in cor hominis ascenderunt: Dei enim voluntas aeterna est et incomprehensibilis non solum hominibus sed etiam Angelis ipsis: de qua quicquid eis a Deo est revelatum, explere quidem possunt, sed eam, prout est, totam capere nequeunt. Sequuntur autem illi ut comprehendant sicuti comprehensi sunt. Propterea etsi illi Dei voluntatem sibi revelatam faciant, adhuc tamen illis superest, quod de illa sibi reveletur, et faciant: Est enim Dei voluntas fons inexhaustus, ex quo quanto plus hauriunt illi, tanto ~~illi~~ exhauriendum sibi supersit. Angeli itaque semper vident faciem patris, qui nihil facit, quod sanctis suis non [illegible] Intelligentiae illae oculis. Dei voluntatem illic revelatam videntes Angeli eam re ipsa exequuntur in caelo et in terra, et supra caelos in regno Dei, et in omni loco dominationis eius. Quando autem illi divinae voluntatis sint studiosissimi et observantissimi, omni studio et diligentia cavent, ut extra quamque creaturam illam faciant. Propterea (inquit Propheta) omnia obediunt ei, nec est ex eis, qui resistat voluntati eius. Soli Daemones imperfracte voluntati illius revelatae resistunt, cum velint nolint nonnisi occultam voluntatem eius faciant. Homines etiam cum libero arbitrio agant, quandoque Dei voluntati aperte reluctantur, quod illis non libeat volentes et

facientes. Soli autem Angeli uolunt, quod Deus uult, et faciunt, quod
ille facit, ac ut homines idem uelint et faciant, student, Dæmoniis
et omnibus contra Dei uoluntatem nitentibus, resistentes, et omnia
facientes, ut ab omnibus Dei uoluntas fiat. Ut autem illi eam
summa cum libertate et hilaritate non autem coacte et ægre, faciunt
ita, ~~ut~~ a nobis fieri fiat, optant Sic nobis a Deo exorandum docuit
Christus dicens: Cum oratis dicite: Pater noster, qui es in cælis.
Sanctificetur nomen tuum: Adueniat regnum tuum: Fiat uoluntas
tua sicut in celo et in terra etc. ~~uide Angelus~~ Dei autem uoluntatem
non solum ipsi faciunt semper, sed illam mortalibus pluris modis explicant
~~Familia Dei (uide Domus Dei ...)~~
uel in insomniis uel uisionibus uel occultis inspirationibus, auxilium
et opem contra aduersarias potestates præstantes quæ Dei uoluntati resistunt
et quominus illa fiat omnem (ut aiunt) lapidem mouent. propterea legitur
apud Zachariam quod satan stabat a dextris Jesu sacerdotis ut ad-
uersaretur ei quominus populum suum iuxta uim uoluntatis eius a cap-
tiuitate educeret et iterum reædificaret Hierusalem, cui Angelus,
Increpet inquit satan Dominus qui elegit Jerusalem. Increpat autem
Deus satan cum illius conatus quibus suam uoluntatem propriam conatur
irritos reddit et illam eo inuito et aduersante omnino per Angelos et suos
suos explet.

41 Familia, vide Domus

42 Filij Dei à Iobo appellati sunt Angeli: Factum est, inquit, cum
Ios. 2 quadam die uenissent filij Dei et starent coram Domino etc.
Iob. 38 et alias: Quis dimisit lapidem angularem eius cum me laudarent
simul astra matutina, et iubilarent omnes filij Dei? Hoc eodem
Psal. 29 nomine Dauid eos compellauit: Afferte, ait, Domino filij Dei: Afferte
Domino gloriam et fortitudinem: ubi Dei nomen est אלים quod
Hebræi nomen Angeli uel fortis esse uolunt: ut sit sensus
Afferte Domino Filij Angeli uel Filij fortes.

Filij autem Dei appellantur Angeli non quidem quia à Deo sint
geniti ex sua substantia: nam is unus tantum esse potest, cum
Deus unum tantum generet filium patri consubstantialem,
coæternum et coæqualem: de quo tantum dici potuit Filius
psal. 2 meus es tu, ego hodie genui te. Quod neque de Angelis neque de alia
creatura asseri poterat: quandoquidem omnia facta, non genita
sunt; et inprimis de Angelis dictum est: Qui facit Angelos suos
spiritus, non dixit genuit, sed facit.

Sunt ergo Angeli filij Dei facti non geniti: facti per adoptionem
non per generationem: facti per imitationem non per naturam et
substantiam. Creati siquidem fuerant ut essent diuinæ naturæ
comparticipes et æternæ felicitatis hæredes, si patrem et condito-
rem fuissent æmulati: quod qui non fecerunt ab huiusmodi ceci-
derunt adoptione et filij Diaboli, quem imitati sunt, facti fuerunt:
Qui uero in innocentia accepta persisterunt, Filij Dei sunt appellati
fortes et iubilantes: Fortes, quod alijs deficientibus ipsi in ueritate
persisterint: Iubilantes, quod in accepta ueritate ita confirmati sint
ut ab ea decidere nequeant. Quamuis autem fortes sint et beati, suam
tamen omnem fortitudinem et gloriam Deo acceptam referunt.
Propterea Dauid hanc eorum effert gratitudinem dicens: Afferte
Domino filij Dei, Afferte Domino gloriam et fortitudinem.
Afferte Domino gloriam nomini eius, Adorate Dominum in decore sacro.

Significat enim Angelus non in se ipsis, sed in Domino gloriari: quod in veritate perseuerauerint, et filij Dei, alijs decidentibus et rebellantibus, effecti et confirmati fuerint. Quod autem apud Iob dicitur: Cum quadam die conuenissent filij Dei, et starent coram Domino, non de certo et determinato tempore est accipiendum: non enim statis temporibus conueniunt Angeli coram Domino, quasi aliquod sit tempus, quo non uideant faciem patris, et illi non assistant: sed dies illa ad Iob factum referenda est: et idem est ac si dixisset, Cum conuenissent Angeli, et starent coram Domino, die quadam stetit cum eis Satan etc. Quomodo autem sit Sathanas inter Angelos, et cum eo loquatur Deus, cum de Demonijs tractabimus dicemus. Nunc satis fuerit dixisse, cur Dei filij appellentur Angeli, non per generationem, sed per adoptionem et imitationem, sicuti nobis quoque tributum est, ut filij Dei nominemur et simus, si Dei patris uoluntatem aemulari fuerimus. Quod si nos de nobis, id multo magis de Angelis et opinari et gloriari possumus. Cum autem nos et Angeli filij Dei nominemur et simus, Fratres ergo inuicem sumus. Sic enim scribit Origenes, sicut existimo et Angelis fratres et sorores omnes qui exhibuerint se castos virgines, tam illi qui adhuc in terris habitant quam illi qui iam uiuunt in caelis omnes itaque christi fideles, sed in primis ecclesiae uitam ducentes fratres et sorores dicuntur Angelorum.

Fuerunt ex sacris doctoribus uiri grauissimi qui illud quod apud Moisem legitur videntes filij Dei filias hominum quod essent pulchrae, de Angelis interpretati sunt quos postea Incubos et Succubos dicendos, sed diuus Io. Chrisostomus asserens quod interpretationem huiusmodi fabulosam et ridiculam arbitratus Filios Dei filios Seth ex generatione interpretatur, et si meo et ipse fallat dicens nusquam Angelos Dei filios fuisse appellatos, cum ex superioribus constat hoc nomine et a Iobo et a Dauide fuisse nuncupatos.

43 Flamma ignis uel Ignis flammans dicti sunt Angeli: Qui facit
Heb. i (inquit David) Angelos suos spiritus, et ministros suos ignem flamantem,
psal. 102 uel flamam urentem: Et Daniel de Throno Dei, qui Angeli sunt:
Dan. 7 Thronus, (inquit) eius flammæ ignis: Rotæ eius ignis accensus.
Flammei ergo et ignei dicuntur Angeli: Ita enim eorum excellentissima natura demonstratur, quæ cæteras omnes creaturas ~~demonstratur~~ antecellit: sicut ignis ille cæteris elementis est præstantior, et cœlis proximior. Nam cum Angeli Deo sint proximiores cæteris creaturis, ita sunt illis præstantiores. Vt autem elementum illud ignis est purissimum et defecatissimum: ita Angelorum natura est purissima, et ab omni corruptione alienissima: quod de quibusuis alijs creaturis dici non potest, cum omnes uel corruptioni uel mutationi sint obnoxiæ. Cum autem ignis ille elementaris etsi nihil gignat, omnia tamen suo calore fouet, et rebus inferioribus, ut gignant, præstat: ita etsi Angeli neque gignant, neque gignantur; sua tamen uirtute cuncta inferiora conseruant. Quodsi a materiali et crasso nostro igne et illius flamma nomen ignis et flama habent, Ignis propterea dicti sunt et Flama, quod a Deo, qui Ignis consumens dicitur accensi et inflamati, alios accendunt et inflamant. Dei autem charitate accensi et intelligentia inflamati agunt quæcunque agenda Deus uoluerit; propterea Angelus, qui cum Moise loquebatur, apparuit in flamma ignis in
Ex. 3. 4. medio rubi ~~ex 3 4~~ qui et si ardebat non tamen consumebatur: quia Angeli etsi flama ignis sint, non consumunt, sed perficiunt potius, conseruant et non perdunt. Vt autem nihil uelocius est igne in sua actione: ita Angeli quam promptissimi et citissimi sunt, ut faciant uoluntatem Dei: Habent enim illi agnatam charitatem: qua perpetuo flagrant coram Deo, et inter se ipsos et cum creaturis, et præsertim cum hominibus iustis, quos eadem charitate erga Deum et proximum incendere student. Ignis enim eius naturæ cum sit

De

ut suam virtutem faciles communicet: ita Angeli cum sint ignis et flamma, omnes eodem igne et flamma flagrare et inflammare student. Et ut ignis et flamma sursum tendit, et summa semper petit, maiores semper sumens vires: ita Angeli semper in Dei faciem prospiciunt, ~~[illegible]~~ in eius cognitione proficientes. Ignis ~~ita~~ porro et flamma cum calorem et lumen habeant communicabilem, optime Angelorum ingenium et naturam explicat: qui non solum sibi invicem, quae acceperint a Deo, communicant, sed ea etiam inferioribus creaturis pro eorum captu impertiunt. Quorum ministerio et opera multo magis indigemus, quam igne: qui quamvis plurimum utilitatis hominum conferat, et sine illo haec vita sustentari vix possit, ministerio tamen et opera Angelorum etiam ad hanc vitam sustentandam ita indigemus, ut magis nobis expediret carere igne hoc materiali, quam igne hoc celesti, et prorsus divino.

~~Vide Ignis et Vriel.~~

Adde quod origini Angeli, spiritus sint sancti, prevaricatores vero igni dicantur quam ut conditionis illis sit in his afflictionis esse videantur. Cetera quaere in verbo Ignis et Vriel.

44 Fortes seu Robusti, (ut supra in nomine Filij diximus) sunt Angeli
appellati: nam vox אלים: de qua ibi, fortes potius, quam Dei sonat: et ad
animi potius, quam corporis fortitudinem refertur: qua Angeli in
veritate persistentes, neque cum aliis ab ea desciscentibus declinarunt.
psal. 78 At psal. 78, ubi nos habemus: Panem Angelorum manducavit homo,
Heb. legitur: Panem fortium seu robustorum; Heb. אבירים abirim
a qua voce Tauri sunt denominati ob singulare eorum robur: ut intelligamus
sciamus Angelos in omnibus creaturis et populis idem esse, quod tauri
in vaccis, idest robore et fortitudine, sic caeteras creaturas superare,
אביר Abirim ut translati — ut tauri vaccas. Robur autem et fortitudo a cibo in primis susci-
pitur: si enim ille validus sit et multae substantiae, vires fortes et
validas suggerit. Angelorum autem cibus Deus est: qui est ipsa forti-
3. Reg. 19 — tudo et virtus: hoc uno cibo perpetuo aluntur. Merito itaque Fortes et
Robusti sunt et appellantur. Hoc cibo refectus Elias in fortitudine
illius ambulavit, et hostes suos validissimos superavit. Accedant
Isa. 40 — (inquit Dominus) ad me insulae et gentes, et mutent fortitudinem.
Qui enim fide ad Deum accedunt, panem caeli manducant: e caelo
enim nobis fides spes et charitas venit: hinc propheta idem propheta
Isa. 51 — dicit: Consurge consurge, induere fortitudinem brachium
Domini Sion. A Deo itaque est omnis tum Angelorum tum
sanctorum omnium fortitudo. Fortes etiam proprie dicuntur
Angeli, quod nullo languore senescant, aut infirmentur, quod sint
insuperabiles et invincibiles, semper sint viribus integri, quibus
omnia possint et Dei verbum faciant, contrarias potestates repel-
lentes, et subiugantes. Fortes sunt, quia illis nihil est impossibile
nihil non facillimum. Fortes itaque sunt virtutibus, in quibus semper
proficiunt, et nunquam deficiunt: fortes sunt viribus quae nunquam
infirmantur aut laxantur: quia fortitudo eorum est Deus, quem
semper praesentem intuentur contemplantur et adorant: a quo tum [illegible] fortitudine
in reliquis omnibus virtutibus hauriunt, ut perpetuo beati sint et felices.

45 Gabriel Angelus est, qui primum ad Danielē missus est, et coram
Dan. 8. 9. illo in forma viri stetit: cui dictū est: Gabriel doce istam visionem
et rursus: Adhuc loquebar in oratione: et vir ille Gabriel, quem
videram in visione Principijs, volantem volatu, tetigit me tempore
sacrificij vespertini: et intelligere fecit me etc. Docuit autem illum
praescriptum tempus LXX Hebdomadum annorum CCCCXC
intra quos captiuitas Babilonica esset soluenda, Templum restituendum
ciuitas reaedificanda, Christus ungendus et interficiendus, et ad
mum populus cum ciuitate exterminandus, et perpetuo exilio
mulctandus. In fine autem earum Hebdomadum iterum idem
Luc. 1. Angelus missus est, primum ad Zachariam, qui illi natiuitatem
praecursoris Messiae nunciaret, et doceret tempus illud Dei iussu praescriptum
Hebdomadarum LXX expletum: et ea quae de Messia praedixerat
prope esse, ut impleantur. In mense autem sexto a sua legatione ad
Zachariam, tertio missus est Gabriel Angelus ad Virginem de
domo Dauid nomine Mariam, ut uirtute Spiritus sancti eam fore
grauidam et concepturam Messiam Deum et hominem nunciaret
qui saluaturus esset populum suum a peccatis eorum. Cum itaque
Angelus iste sub Viri forma Danieli, Zachariae et demum ipsi
Summae Virgini tam grandia nunciasset, Gabriel est appellatus:
quod uel Vir Dei, uel Princeps Dei, uel etiam Fortitudo et
Robur Dei sonat: nam גבר virū fortem robustū, et gigantem
significat: quales sunt omnes Angeli; et praesertim cum quae maximi
momenti sunt, et naturae ordinem et uires superant, nunciant:
Ut ij, quibus relata sunt, sciant et intelligant non fore impossibi-
lia, quando Dei fortitudine et uirtute agenda sint, cui nihil non
facere conuenit. Etsi enim apud homines impossibile esse uidea-
tur ut puella Virgo et uiro penitus incognita in utero filium concipiat sine
ullo maris congressu, et illū pariat sine ullo partus indicio, sed

Virgo ante partum in partu et post partum intacta perseueret, non tamē illud impossibile Deo fuit, ut Virgini ab Angelo edoctæ uisum est: quæ credens ex Virgine filium suum carnem assumere et hominem fieri posse, quamuis uirū non cognosceret, dixit Angelo. Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundū uerbum tuū. Non enim Angelus simpliciter nunciat, sed quæ nunciat intelligere facit: Propterea ait Danieli: Et intelligere te faciam. Ad quod certe cum non humana sed diuina uirtute opus sit, quæ captiuet, et subijciat humanam sapientiam, quæ litteram diuinam irrideat, et stultitiam esse ducit, qui opus huiusmodi in homine operatur. Gabriel id est Dei Virtus merito appellatur. Angelus itaq., qui est (ut supra diximus) flamma ignis inflammata, et illustrans, uerbis suis tenebras ab intellectu fugat ignorantiæ: et mentes illuminat, ut in lumine ipsius lumen ueritatis uideamus. et tunc Angelus Gabriel id est Virtus Robur et Fortitudo Dei dicitur. Vir (ait Daniel) uolans uolatu tetigit me, et intelligere fecit. significans Angelorum uisionem et uirtutem esse efficacissimam et præclarissimam. Nō minus autem impius quā stultus Celsus apud Origenē asserebat Gabrielem formā habere et aquilæ præferre dicebat. nā cū Aquila inter imundas uolucres numeretur, per illā dæmones potius quā Angeli significantur, quorū etiam nomina sæpius illi nunquā sibi usurpare nō dubitāt, ut mentitis nominibus facilius simplicibus imponāt.

De

46 Gladius Flameus atq. uersatilis seu anceps dictus est Angelus
Gen. 3. Cherubim; quia Deo collocatus est ante ortum Orientis ad custo
diendam uiam arboris uitæ. Versatilem autem gladium Aben Ezra
gladium ancipitem et utraq. parte acutum interpretatur. Propterea
Angelum uocari Gladium Versatilem docet Rab M. Aegyptius
quod Angelus plurimarum formarum et diuersarum formarum
, ut de Protheo habent fabulæ, sine tamen ulla corporis com
mutatione aut alteratione, sit capax. Sed uidendum nobis in
primis est, cur sub nomine Gladij sit descriptus: et cum illo aliquando
Jd. 5. fuerit uisus, cum tamen gladio non egeat: quando solo uerbo
et uoluntatis nutu omnia operetur. Arma enim illius spiritua
lia sunt, non autem carnalia et corporea. D. Paulus docet
Rom. 13. Reges et Principes gladium gestare ad consolationem et pacem
bonorum, et ad terrorem et uindictam malorum. Cum itaq.
Deus ministerio et opera Angelorum utatur ad laudem et
pacem bonorum, et ad terrorem et uindictam malorum spirituum
Dei Gladius iure optimo dicuntur. Balaam propheta malus
Num. 22. ab Angelo gladium habente est perterritus; et a Dauide cum
2. Reg. 24. gladio cædente est uisus; quod eorum peccata omnino ulturus
esset Deus. Cur autem gladius anceps, et duo ora habens appelle
tur, inde fieri crediderim, quod ut gladius est ab utraq. parte
acutus, neq. habet partem alteram crassam, sed utramq. acutam:
ita Angelus totus et ab omni parte est spiritualis, nihil crassitu
dinis uel crassæ materiæ habens. Et ut gladius utraq. parte
acutus penetrantior est: ita Angelus cum totus sit spiritus, et nihil
crassi habeat, facillime ad omnia loca penetrat: et hominum
mentibus, et animis illabitur, ut illis bona persuadeat, et
malis deterreat. Nam si sermo Dei propterea a D. Paulo omni

gladio

Heb. 4 gladio ancipiti penetrabilior appellatur: quod pertineat usque ad
diuisionem animæ et spiritus, Angeli etiam Dei Gladius Anceps
ad hominum corda et mentes pertingens iure optimo appellari
poterunt: cum præsertim uel per amorem alliciant, uel per ti-
morem a malo deterreant: ut uel sic appareat, uel esse Dei
Gladium Ancipitem ad uiam arboris uitæ positum: ut uel per
amorem, uel per timorem, uel etiam per utrumque nos ne peccato
uiuamus, curent. Qui enim in peccatis uiuit, mortuus est:
qui uero peccato moritur, uiuit Deo. Hoc nobis curent procurant
Angeli, diuinis promissionibus alicientes et inflammantes et minis
territantes: Et sic est eorum gladius Anceps a quo denominantur
Angeli. Cum itaque Israel contra Madianitas clamarent Gladius Domini
Iud. 7 Gladius Gedeonis, et ad eorum clamorem immisit Dominus gladium in omnibus
hostium castris quo mutuis se caedibus concidebant Angelorum præsidium efflagitarunt
et eo saluati sunt. Cumque Christus passioni et morti proximus Apostolis dixerit
Luc. 22 Nunc qui non habet gladium tunicam uendat et emat gladium: de implorando
Dei et Angelorum præsidio illos monuit, qui cum non intelligerent sensum illius
mysticum dixerunt Ecce duo gladij hic. et Petrus cum sibi persuaderet se
dominum suum gladio posse defendere gladium exemit et percussit Malchum.
quem statim reprehendit Dominus, uti parabolam de emptione gladij aperuit.
aperte significans non de gladio materiali sed spirituali se intellexisse, dicens.
Mitte gladium tuum in uaginam, subdens uero An putas quod non possum rogare
patrem et exhibebit mihi plus quam duodecim legiones Angelorum,
perspicuum facit se sub gladij metaphora de Dei et Angelorum præsidio
implorando et sperando intellexisse contra diaboli et mundi machinationes
quo solo superari possunt. Angelorum itaque præsidium gladius Dei [illegible]
appellatur

47 Jeremiel appellatus est Angelus, qui cum Esdra loquebatur,
4 Esd. 2. ut in 4to (licet apocrypho) habetur; et interpretatur dilectio
seu Misericordia Dei: Quod Angeli Dei dilectionem et miseri-
cordiam erga se et caeteras creaturas perpetuis laudibus efferant.
Ab aeterno siquidem et ante tempora secularia electos suos tum ex
Angelis tum ex hominibus dilexit: quos autem dilexit, seruauit,
misericorditer agens cum illis, ne cum reliquis perirent: itaut
etiam Angeli, qui non peccauerunt, fateri et dicere debeant:
Misericordiae Domini: Quia non sumus consumpti: Non enim
minoris misericordiae Dei fuit seruasse electos a lapsu et miseria,
quam lapsos ab ea eripere: Nisi enim a Deo in gratia fuissent
boni confirmati, facile cum malis ab ea cecidissent. Sed et Dei
iustitia postulabat, ut Angeli rebelles ab accepta gratia deijcerentur.
Ita Dei dilectio et misericordia voluit, ut qui in veritate stetis-
sent, in ea ita confirmati et stabiliti essent, ut ab ea postea
nunquam deciderent. Hoc itaque totum Angeli non sibi aut ullis suis
praecedentibus meritis, sed Dei gratuitae et aeternae dilectioni et mi-
sericordiae ascribunt: vnde etiam fit ut [illegible] affectionum vel potius
affectuum praenuncij et concionatores ad homines sint Angeli:
itaut eorum quilibet Jeremiel appellari possit: Est enim Angelus
Dei dilectionis et misericordiae viuum exemplar: quandoquidem
in illis nobis videre et contemplari licet, quae et quanta sit Dei
charitas et dilectio: quae et quanta illius misericordia erga suas
creaturas et in primis erga electos suos, quos Angelorum consortes
et suos haeredes, cohaeredes autem Christi filii sui esse voluit.

Vide Archangeli.

Ignis, vide Vriel.

48 Igniti (ut in uerbo Flamma, diximus) potius quam Ignis dicti sunt Angeli et Flamma ex igne. Deus enim ignis est: Angeli quasi flamma ex igne sunt, et igniti dicuntur: nõ quod ut flamma ex substantia ignis est, ita ipsi ex Dei substantia sint: sed quòd illius naturæ participes sint facti. Nam ut non omnia calida ex ignis substantia sunt, et si ignis natura participent: ita non omnes, qui diuinæ naturæ consortes fiunt eiusdem substantiæ sunt: cum illa incõmunicabilis prorsus sit creaturis, sed sit propria solius Dei patris, filij, et spiritus sancti Vnus Deus.
Cur autem Angeli Ignei uisi sint et dicantur quære supra uerbo Flamma ~~uriel~~ et infra, Vriel

~~Incantatores uiri Amici~~

49 Incantatores, viri Amici et Videntes

50 Lampades Ardentes sunt Angeli: de quibus in Cant. Lampa-
Cant. 8 des eius, lampades ignis atque flammarum: et Ezechiel: Et aspectus
Ezech. eorum quasi carbonum ignis ardentium, et quasi aspectus lampada-
Apoc. rum: De quibus S. Ioannes in Apocalipsi: Et septem lampades
ardentes ante Thronum: quae sunt septem spiritus Dei etc. Hi autem
praemonstrati fuerunt in septem illis lucernis in uno candelabro sitis,
~~Exod~~ quae semper ardent in Templo coram Arca. De quibus habetur in
ex. 25 Exodo et Zach. Lampades autem propterea dicti sunt Angeli:
Zac. 4 quia cum lampades ex purissima, liquidissima exquisitissima vitri
materia ita confectae sunt, ut facillime quae in illis fuerint locata
conspiciantur; et ignis in eis accensus latius suum lumen diffu-
dit: ita Angeli a Deo ita formati sunt, ut nihil crassitudinis,
nihil opacitatis habeant: sed quicunque illi sint, ~~omnibus totaliter~~
~~Angelis~~ et quaecunque in illis sint omnibus pateant Angelis, quaeque
a Deo accipiunt, in alios facile transfundant, neque tamen illo
se priuent.

Sunt ~~ante~~ Lampades lucentes et ardentes: quia in eis ignis, qui
est Deus, lucet et ardet: lucet per intelligentiam et cognitionem:
ardet per charitatem. Neque extingui potest ignis in illis ardens et lucens
quia neque oleum deest igni, neque ignis oleo: Quia apud Dominum
misericordia, et copiosa apud eum redemptio: Deus illis mi-
nime deest, neque illi Deo.

Septem autem lampades universos Angelorum ordines complectun-
tur: Numerus enim ille septenarius universitatis et perfectionis est
in divinis scripturis Symbolum: et plurimum Angelorum naturae
convenit: Ut enim numerus septenarius in denario neque ab alio
numero gignitur, neque alium numerum gignit, sed semper remanet
intactus et absolutus: ita Angeli universi inter omnes alias creaturas

remanent

remanent intacti et absoluti: Ipsi enim soli neque nubunt, neque generantur: propterea Assertor noster testatus est, Electos fore similes Angelis, qui neque nubunt, neque nuptui tradunt: quia nec generant, nec generantur, vitam diuinam et celestem agentes.

Ut autem septem illae lampades erant in uno candelabro: ita omnes Angelorum ordines etsi diuersi sint, in unum tamen conueniunt, ut Deo assistant et ministrent secundum eius beneplacitum. Horum autem Vnitatem significat Lampas septima in capite Candelabri, quam a dextris tres et a sinistris aliae tres circumstant: ut sex quasi una et septima sint Lampas: quia omnes Angeli in Deo sunt, quasi unus, [illegible]

Accensae autem sunt lampades ex, ut luceant eis, qui in domo Domini sunt idest Electis: ne tenebrae eos comprehendant, et quo uadunt, intelligant: et quod intellexerint tandem consequantur.

De

51 Lapides pretiosi videlicet Sardius, Topatius, Iaspis, Chrysolitus, Onyx, Berillus, Saphirus, Carbunculus, Smaragdus: et in universum

Ezec. 28 Lapides igniti appellati sunt Angeli ab Ezechiele: ubi sub typo Regis Tyri de malorum Angelorum Principe dicitur: Fili hominis leva planctum super Regem Tyri, et dices ei: Sic dixit dominus: Tu signaculum similitudinis plenus sapientia et perfectus decore: In Edem Paradisi Dei tu fuisti: omnis lapis pretiosus operimentum tuum etc. In die, qua creatus fuisti, praeparata fuerunt. Tu Cherubim magnus et posui te in monte sancto Dei: in medio Lapidum ignitorum ambulasti etc. Quae cum, D. Gregorius et ante illum Origenes de primo Angelo interpretetur: Ecce, ait, novem dixit nomina lapidum, quia profecto novem sunt Angelorum ordines: quibus nimirum ordinibus ille primus Angelus ideo ornatus et opertus extitit: quia dum cunctis agminibus praelatus est, ex eorum comparatione clarior fuerit. Haec ille Greg.

Lapidibus autem pretiosis comparantur Angeli: quia sicut illi splendore pulchritudine, et pretio caeteris sensibilia superant: ita Angeli caeteris omnibus creaturis nobiliores pulchriores et pretiosiores sunt: Et ut lapides pretiosi summo ornamento decori et utilitati sunt mortalibus: ita Angeli sunt hominum generi ornamento decori et utilitati: Et tandem tales sunt Angeli caeteris comparati creaturis, quales sunt lapides pretiosi vilioribus comparati lapidibus. Sardius seu Sardonyx gemma est candida et rubicunda Angelorum innocentiam et charitatem coniunctam innuit. Topacius est coloris viridis mirae pulchritudinis Angelorum significat perpetuam virtutem, quae nunquam flaccescat, seu in sua viriditate persistat. Iaspis varij coloris varias Angelorum virtutes significat, quibus omnes ornati sunt. Chrisolytus aureo nitore perfulgens, Deum in Angelis suis particulariter existere ~~significat~~ docet. Onyx tum ex unguis candidum interne ... tibus quibusdam veris Sardis et Iaspis unionem et concordiam, quam cum Deo et invicem habent Angeli significat: Quae enim propria uni ordini sunt, alijs etiam communicantur. Berillus gemma est subviridis ... ... Angelorum ... declarans: Haec enim ... transcarentes

ut solo eorum aspectu intelligantur et cognoscantur, m[illegible] locati habentes. m
Sapphirus est lapis coloris aerii aureis [illegible] collucens, significans
in eius spiritus esse divinis virtutibus connexos. Carbunculus est ,
lapis pretiosissimus, carbonis igniti similitudinem referens cum ipse
ignem non sentiat. Angelorum naturam Deo quam proximam incor-
ruptibilem et claritatem significat. Unde in universum Angeli
igniti appellantur: quod omnes [illegible] divinae naturae participes sint.
Smaragdus viriditate caeteras gemmas et herbas superans et summopere
oculorum intuitum oblectans, Angelorum praestantiam, et incredi-
bilem ~~[illegible]~~ et pulchritudinem super omnia quietem indicat.
De numero novenario quot sunt lapides vide Dracone.

52 Lectica. Carruces. Quadrigae. Equi et Muli, quibus i[uxta]

Isa. 66 Isaiae oraculum adducendi sunt gentes et populi ad Dominum et montem sanctum eius, D. Hieronymo Angeli sunt: Equos, ait ille, et Quadrigas et Lecticas, Mulos et Carrucios, et diuersi generis uehicula, Angelica intelligere possumus ministeria: de quibus et scriptum ad Deum

Hab. 3 dicitur: Ascendes super equos tuos, et equitatio tua sanitas. His equis curribus et quadrigis Elias ad caelum raptus est, et Eliseus circundari

4 Reg. 2. 6 se atque seruari nescienti puero demonstrauit. Et Zacharias uidit in

Zac. 1 nocte: Ecce uir ascendens super equum rufum, et iste stabat in medio duorum montium umbrosorum: et post eum equi rufi, et sturnini et uarij, et albi: et dixi: Quid sunt isti Domine? et respondit uir qui stabat in medio montium: Isti sunt, quos misit Dominus, ut

Apoc. 19 perambulent terram. Ioannes quoque haec se uidisse testatur etc. Longum subdit idem D. Hieronymus, si uelimus utrumque explanare testimonium: Hoc solum dicam, quod diuersa uehicula, quibus homines adducuntur ad fidem, Angeli sint, uel sancti uiri, qui de hominibus in Angelos profecerunt etc. Et paulo post: Iudaei et Iudaici erroris Hebionitae, qui pro humilitate sensus nomen pauperum susceperunt, omnesque mille annorum delicias praestolantes, equos et quadrigas, sellas et Lecticas siue basternas et dormitoria, mulosque et mulas et carrucas et diuersi generis uehicula sic intelligunt, ut scripta sunt. Haec diuersa itaque uehiculorum nomina diuersa sunt Angelorum ministeria. Aliis enim sunt quasi Lecticae, in quibus puluinar et lectulus sternitur, et potentes a seruis ferebantur: ut de Enoc dici potest, qui per somnum sublatus est: Carrucias uero Moisi extitisse arbitramur: Quadrigas uero Eliseo. Equos et mulos his, qui fortiter occubuerunt. In equis enim et mulis fortitudo designatur. Sed quia supra uerbo Currus et

53 Equi de his dixi[mus], superest tantum, postquam hic locus se offert, ut dicamus cur Angeli mulis comparentur.

Angelis 53

Muli ergo cum ex asino et equa nascantur, neq asini neq equi sunt, eo cum
tertium sexus sint, fit ut steriles sint, et minus ad generationem apti. His
autem propterea comparari possunt Angeli, qui neq homines neq Dii sunt,
sed medii inter Deum et homines, et propterea minus ad generationem
apti. Virgines enim sunt et virginitatis exemplar, quales sunt Dei
Angeli, qui ut alibi patet neq generant neq generantur, sed ab initio
omnes sunt creati, et in eodem statu adhuc vivent. Cum itaq diversis
modis et rationibus electos ad Deum adducant diversa diversorum
ministeriorum nomina sortiti sunt. D. Paulus attestatur, quod rapiemur
in nubibus obviam Christo in aera. Et Dominus de Lazaro testatur
in Num. fuisse ab Angelis portatum. Origenes utrumq explicans, Rapiuntur
... 6. ait ab Angelis ii, qui penitus purgati et leves effecti sunt a delictis.
Portantur vero ii, qui aliquibus adhuc reliquiis gravantur. Cum
diversis itaq modis adducant electos ad fidem et Deum, diversa
habent nomina portantium et vehentium. Haec ille. Vide infra
Messores

54 Leones vide Ariel

55 Lilia Angeli in primis appellantur. De quibus dictum est in Cant.
Cant. 2 Dilectus meus pascitur inter lilia: et sponsus de sponsa: Venter
Cant. 7 tuus sicut acervus tritici vallatus Liliis. Quorum figura expressa
Exod. 25 est in Liliis, quibus exornari iussit Deus candelabrum, nempe sphae-
37 rulis et Liliis. Nam si animas sanctorum appellare Lilia nobis licet
ob earum candorem castitatis, et odorem bonorum operum: inter
quos perlibenter moratur Christus unicum Lilium. Id multo
magis de Angelis existimandum nobis est: Inter quos ipse Dei Filius
et antequam carnem assumeret, et homo factus, et nunc praesertim
postquam ascendit in caelum, ut Lilium inter Lilia moratur, et immor-
talitatis ac felicitatis alimonia cum illis pascitur. Nonne cum adhuc
in carne esset de hac sua cum Angelis continua conversatione egit
dicens: Videbitis Angelos ascendentes et descendentes super Filium
hominis. Petro autem nonne idem significavit dicens ei: An
putas quod non possim rogare patrem, et exhibebit mihi plusquam
duodecim legiones Angelorum? Suis enim cum similibus quisque
libentius conversatur: et Christus cum patientia hominum conversa-
tionem tolerabat: Quousque, dixit Apostolis suis, patiar vos?
Non sic de Angelis dicere poterat, cum essent et ipsi Lilia licet
convallium: ipse vero Lilium campi, et hortorum. Est enim
non parvum discrimen inter Christum Lilium et Angelos Lilia.
Qui hoc nomine appellati sunt, quia sicut Lilia inter flores maiora
sunt: ita Angeli maiores sunt caeteris iustis, quoadusque aspirent
nobis: quamvis iusti Angelis erunt aequales. Angeli autem propter
singularem eorum candorem Lilia dicuntur. Nam persaepe stola
alba induti visi sunt ut quam munditiem et innocentiam vel sic
significent. Et ut Lilia aureum illum colorem fragrantissimum
in medium habent: ita Angeli mira charitate erga Deum et

homines

hominibus flagrant. Virgines sunt, et castitatis amantissimi, nec ullam uel minimam [illegible] habent: semper uirides, semper candidi, semper aurei sunt; nec [illegible] uirorem candorem et odorem uel amittunt, uel minuunt. His exornatum est Candelabrum Christus, cui millia millium assistunt et ministrant. Lilia [illegible], quae etiam apud Ethnicos et poetas erant immortalitatis [illegible], significant Angelos imortales esse, et perpetuo uigere, etsi a nobis non uideantur: sicut enim lilium in suo radice, et suo tempore appareret: ita et Angeli in Deo et cum Deo perpetuo uiuunt uitam beatam.

56 Lucerna uide Lampades

Gen. 1

57 Lux non quæ erat, sed quæ facta est, Angelorum natura est.

D. Augustinus: Ipsi Angeli, ait, sunt illa lux, quæ diei nomen accepit: cuius unitas ut commendaretur, non est dictum, Dies primus, sed dies unus. Cum itaque dixit Deus, fiat lux, et facta est lux; si recte in hac luce creatio dicitur Angelorum, profecto facti sunt participes lucis æternæ, quæ est ipsa Dei incommutabilis sapientia, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, ut sint lux non in se ipsis, sed in Deo: a quo si avertitur Angelus, fit immundus. Hæc ille.

Jo. 1.

Angeli itaque sunt Lux non natura: is enim solus est Deus: illi vero gratuita participatione divinæ lucis: in qua luce ita confirmati fuere, ut nullæ tenebræ postea illam possint vel obscurare vel diminuere: Sed quemadmodum lux illa creata, qua distinctus est dies à nocte, ea ipsa est, quæ nunc quoque nobis illucescit: ita Angeli ab initio creati et in gratia confirmati idem sunt qui hodie et perpetuo erunt. Et quemadmodum illa prima, ita et hi primi in ordine creaturarum fuerunt: Et præterea nihil a Deo neque pulchrius neque utilius luce creatum est: ita Angeli cæteris creaturis sunt pulchriores et utiliores. A luce est omnium vita, decor et gloria: et ab Angelis nobis omnia bona suppeditantur. Lux est rerum omnium citissima, uno momento ab Oriente in Occidentem diffunditur: Eadem velocitate è cœlis ad terram advolant Angeli aquilis velociores: Et ut lux summam delectationem affert his, qui sani sunt oculis: ita Angeli boni et piis viris sunt summo gaudio: et cum sint lux, veritatis cognitionem afferunt, et ignorantiæ tenebras auferunt, principes tenebrarum fugant, et peccata dissipiunt. Et tandem id sunt Angeli rebus creatis, et in primis hominibus piis et iustis

quod

quo lux est mundo [illegible] Angelorum lucem [illegible] et lucem solis Lunæ et stellarum [illegible]. Quinimo non desunt qui censerint in sole Luna et stellis Angelorum lucem perlucere, et terras perfundere, et omnia illustrare.

58 Lucifer Heb. הילל Angelus antequam e cœlo laberetur est appellatus

Isa. 14. ob eius singularem splendorem: qui stellæ matutinæ comparetur splendidiori cæteris astris: et quia Solis sit prænuncia, et Auroræ filia: sed eum per superbiam a Deo defecisset, nomen quidem Luciferi retinuit, sed non rem: non enim lucem, sed tenebras et noctem affert. Qui vero in veritate perstiterunt, et nomen et rem simul retinuerunt. Unde vere Lucifero sideri sunt comparati, qui illuminati illuminent. Sed de hoc de Dæmonij verbo Lucifer latius.

59 **Messores** Christus appellavit Angelos suos, seminantis semen in agro
Mat. 13 parabolam explicans apud Matthaeum. Messores, ait, Angeli sunt:
Sicut ergo colliguntur Zizania, et igni comburuntur, sic erit in consumatione
seculi. Mittet filius hominis Angelos suos, et colligent de Regno eius
omnia scandala, et eos, qui faciunt iniquitatem, et mittent eum in
caminum ignis. Et S. Joannes dicit se vidisse Filium hominis sedentem
Ap. 14 corona ... sedentem super thronum, falcem acutam habentem
quam demisit in terram, et demessuit eam. Et vidit alium Angelum
habentem et ipsum falcem acutam: cui dictum est: Mitte falcem tuam
acutam, et vindemia botros terrae etc. Mittit ergo filius hominis, et mittit
Angeli: Filius hominis, ut Dominus; Angeli, ut ministri: quibus eadem falx
acuta datur, quae filio hominis: quae est ipsa iudicandi et discernendi
certa ratio, et iudicium ita acutum, et infallibile: quod a Deo Angelis
exhibetur: ut sciant electos et iustos a reprobis secernere et utrisque
debita vel praemia vel supplicia pro meritis praescribere. Idcirco Angelis
ut filio hominis, data est falx acuta: Penetrabunt enim illi, sicut et
Heb. Christus, occulta cordium; et omnia nuda et aperta erunt eorum oculis
ita ut nullo negocio dignoscant triticum a lolio, avena, et Zizaniis.
Separabunt bonos de medio malorum; sicut separat pastor oves ab
hoedis: et messor paleam a tritico: et statuent bonos a dextris, malos
vero a sinistris: et triticum in horreum collocabunt; paleas vero in ignem
conijcient. Et hoc faciet iustus Iudex ministerio Angelorum:
Unde Messores sunt appellati: non propterea quod tales se sint exhibi-
turi tantummodo in consummatione seculi, sed quod id muneris in
dies praestent, iustorum animas colligentes et apud Deum in Regnum
coelorum collocantes; hinc in consumatione seculi animas simul cum
1 Tes. 4 corporibus eodem deportaturi. Rapiemur, inquit S. Paulus, in nubibus
obviam Domino et sic semper cum Domino erimus. Itaque consolamini
invicem in verbis istis. Ob iudicij ergo praestantiam, quo Angeli

electo

electos a reprobis discernere nouerit, et omnibus debita praemia [illegible]
[illegible]ticia decernere, messores appellantur, qui triticum a paleis secernant
et locum statuere sciant, neque errare in hoc possint aut falli et
decipi.

Luc. 16 Quales autem messores sint Angeli satis explicuit Dominus cum apud Lucam
de Lazaro testaretur inquiens. Factum est autem ut moreretur mendicus
et portaretur ab Angelis, in sinum Abrahae. In uno autem Lazaro decla-
ratum est quam curam gerant Angeli de electorum animabus cum illis ex hoc corpo-
culo migrandum sit, nisi ut tanquam triticum manipulos suos in celestem aream de-
ferrent, illique sine [illegible] pro uoluntate lictoris et carnifices quibus ad [illegible]
[illegible]. Et portaretur ab Angelis, et adduceretur [illegible]
ne satis ambulans laboraret, portabat post tantos labores, et [illegible]
Angelis, Nec sufficerent ad portandum pauperem unus Angelus, sed procedunt plures
ueniunt, ut chorum laetitiae faciant, Gaudent unusquisque [illegible] tantum onus [illegible]
libenter talibus oneribus praegrauantur ut adducant homines ad regna caelorum.
~~[illegible] Vide sup.~~ Lectio ~~[illegible]~~ (~~[illegible]~~) ~~[illegible]~~
~~[illegible] post calamitatem [illegible]~~ Nam (ait ille) si ciuitatem
ciuitatem [illegible] deductoris, multo magis anima a carne
diuulsa et ad alteram transiens uitam, [illegible] ducibus, quae
tanquam messores manipulos suos in horreum dei deportant.

60 Michael interpretatur Quis sicut Deus? Quod nomen inde Angelum
Ioan. ap. 12 consecutum fuisse uerisimile est: Cum, ut scribit D. Ioannes, praelium
factum esset in caelo: nempe cum Angelus ille apostata sese Christo Dei
filio non solum aequare, sed super illum solium suum extollere contenderet,
cui cum aduersaretur Angelus sanctus, et Satanam superbiae argueret
hac uoce, Quis sicut Deus, ab illa nomen consecutus est, et appellatus est
Michael: nomen quod ex tribus uocibus conficitur אל:כה:מי.
Michael, inquit, D. Ioannes, et Angeli eius praeliabantur cum Dracone, et
Draco pugnabat et Angeli eius: sed non ualuerunt: neque amplius
locus illorum inuentus est in caelo: et proiectus est Draco ille magnus
serpens ille antiquus, qui uocatur Diabolus, et Satanas. Rursus
Iudas idem, ut testatur Iudas Apostolus, aduersus Diabolum certans, cum
disceptaret de corpore Moisi: Increpauit te, inquit, Deus: Qua uoce
ab eo est profligatus. Daniel quoque prophetans Antichristi persecutiones,
et calamitates nouissimi temporis: In tempore autem illo, ait,
stabit Michael Princeps magnus, qui stat pro filijs populi sui: Stabit,
inquam tanquam propugnator in acie contra Diabolum et eius praecipuum
administrum Antichristum: qui cum in templo Dei sessurus
sit, tanquam Deus et tanquam Christus Dei ab eodem Angelo
eadem uoce interficietur, Quis sicut Deus? Et Christus spiritu oris
sui interficiet Impium. Quae quidem uox cum non unius tantum
Angeli sed omnium Angelorum sit, qui pugnabant cum Diabolo,
declarat omnibus Angelis eundem esse Dei honoris et gloriae
Zelum, ut eos aduersarios et profligatores ille sit habiturus, qui Dei honorem
et gloriam sibi usurpare conatur. Ut autem uox ista maximi
Imperij est: ita maximam Angelorum humilitatem demonstrat.
Qui etsi omnibus creaturis sint praestantiores et potentiores, ipsique Deo
proximiores, et maxime simillimi, libero tamen ore fatentur se non esse

aeq

neque Deum, neque sicut Deum, sed longe illo esse inferiores: Quis, cum admiratione aiunt, est sicut Deus? quasi dicant: Nos et omnis creatura Deo comparati ne sumus quidem, cum nostra substantia sit dependens, Dei vero essentia independens, et sola vere existens: sed ne fortes quidem sicut ille sumus: qui est omnium fortitudo indeficiens. Quicquid ergo sumus per illum et in illo sumus et possumus. Etsi itaque hoc nomen Michael, Angelus unus adeptus est, In uno tamen disce omnes.

Michaelem autem Ophitarum Leonis speciem gerere asseverabat quod erroneum et falsum est cum Angeli animalium figuram nullam habeant, et si quando per illa eorum virtus et actio mistice delineatur. Ut enim Leo inter animalia quadrupedia primum obtinet locum ita Michael inter Angelos, Ita nec metaphorice nec autem proprie ut Ophitarum somniabat Leo appellari potuerit.

Quod autem sit Michaelis officium et quomodo ad illius participationem assumamur docet Origenes. Satis intueri quomodo magis assumaris ad societatem Michaelis archangeli, qui orationes sanctorum semper offert Deo, Adsumeris autem in hunc numerum vel in illud officium si insistas semper orationi et vigiliis, et impleas quod Apostolus ait, sine cessatione orantes.

61 Militia et Milites appellati sunt Angeli: Nunquid, ait Iob,
Iob. 25 numerus est Militum eius? De militia uero Angelorum Lucas:
Luc. 2 Facta est, inquit, militia celestis exercitus laudantium et dicentium:
Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonae uoluntatis:
Militia autem appellantur, non quod armati stent in acie, sed quod in
munere à Deo sibi iniuncto, quodcumque illud sit, se continue exerceant,
nec otiosi et feriati sunt: sed, ut D. Paulus Timotheo scribit, bonam
militiam Deo militant, non dormientes aut stertentes, sed summa
uigilantia et fide, ut decet bonos milites, operam suam Deo Opt. Max.
nauant. Militiae autem caeli nomine Sol, Luna et astra apud
prophetas et in libris sacris uenit: quae omnia à superstitione gentium
tamquam Dij colebantur: imo inde Dei nomen uenisse uolunt, quod ui-
dentes eorum siderum tam ordinatum cursum Deos ea nominaue-
rint. Qui error etiam in Dei populum irrepsit, Solem Dei filium,
Lunam Caeli Reginam, Astra Angelos appellantes, et his
omnibus libantes. Non defuerunt etiam apud nos, qui Angelis
sacrificarent: unde Angelici fuerunt appellati, et damnati sunt.
Ecclesia enim Christi etsi Angelos et sanctos colat, eosque oratores
et mediatores ad Deum adhibeat, non tamen eos ut Deos adorat.
ad Algasium Militia autem caeli, scribit D. Hieronymus, non tantum Sol appellatur
et Luna, et astra rutilantia, sed et omnis Angelica multitudo,
eorumque exercitus qui Hebraice appellantur Sabaoth, id est uirtutum
siue exercituum: Unde et in Euangelio iuxta Lucam legimus:
Et subito facta est Angelorum multitudo celestis exercitus lauda-
tium Deum et dicentium: Gloria in altissimis Deo, et in terra
pax hominibus bonae uoluntatis. Facit enim Deus Angelos suos
spiritus, et ministros suos ignem urentem. Et ut sciamus eos semper,
qui colebant idola, licet in templo hostias uiderentur offerre, nō

Deo

Deo eas obtinuisse, sed Angelis, per Ezechielem plenius discimus. Hæc ille. Militia est ergo Angelorum exercitus laudantium Deum et illum Dominum uirtutum et exercituum prædicantium, et ad ipsius gloriam uindicandam ~~[illegible]~~ expeditissimus.

Propterea et Christus Petro dixit: An putas quia non rogare possim patrem, et exhibebit mihi plusquam duodecim legiones Angelorum? Ex hoc, ait Origenes, demonstratur, quoniam secundum similitudinem militiæ mundialis sunt et Angelorum legiones militiæ cœlestis militantium contra legiones dæmonum habitantium in sepulchris. Militia autem omnis propter aduersarios intelligitur instituta, consequenter et illa militia propter aduersarios militat Deo. Hæc ille.

Milites vide supra Militia

Ministri vide Administri

De

82 Mirabilis Heb. פלא se appellauit Angelus, cum Manue nomen
Iud. 13. illius ignorans quid Angelus Domini esset percunctaretur, ut illum hono-
Gen. 32. rare posset: quod non est, ut in editione Heb. habetur, Iacobo illum per-
cunctanti concessum quod antea cognouerit ipsum esse Angelum Dei. Propterea
nõ erat cur ultra nomen illius quæreret. At Manue cum ignoraret eũ esse
Angelum, nomen illius quærere voluit, et responsum illi est: Cur quæris
nomen meum, quod est mirabile: et attulit ad illud, quod incendens igne
ex silice, admirari fecit ipsum Manue, videns igne consumptũ sacrificium.
Nomen autem פלא significat Mirabile Excelsum, et Absconditum. Admi-
rabilia enim sunt, quæ incognita nobis sunt, et quæ nullũ proprium nomen
habent, sicuti Angelos habere nõ dubitamus. Nomina enim quæ habent uel
generalia sunt, et cõmunia, uel si quæ habent, apud nos ea habent et ab officiis
suis ea consecuti sunt, ut hoc loco Angelo euenit: qui se פלא hoc est de-
nominauit. Quod reuera Angeli sint mirabiles et ita excelsi, ut eos quidem
admirari, sed nõ perfecte assequi possimus. Superant enim illi sua ex-
cellentia hominum captum non solum in sua ipsorum natura et substantia,
sed etiam in eorũ factis et operibus, in quibus sunt admirabiles: cum
illi naturæ uim et ordinem excedunt perfecte. Quo fit ut hac eadem
de causa Messias Deus et homo hoc eodem nomine sit compellatum:
Isa. 9. Et uocauit, inquit Isaias, nomen eius פלא hoc est mirabilem, tum ob eius
mirabilem naturam diuinam et humanã, tum ob eius conceptionem et
natiuitatem ex Virgine ante partum in partu et post partum: tum ob
illius miracula in uita, in morte, et post mortem edita. Ad ipsum ergo
in primis hoc nomen pleno iure spectat, qui in omnibus est mirabilis:
ad Angelos uero per participationem spectat etiam, qui ut diximus
in natura et actionibus suis se se nobis mirabiles et sufficiendos exhi-
bent ut illud uerum sit et uideatur: quod Deus admirabilis est
in omnibus sanctis suis.

63 Missi vide Angeli

64 Montes vide Colles

65 Muli vide Lecticæ

66\. Myrteta scilicet, inter quas vir nocte visus est stare Zachariæ pro-
phetæ, Angeli inprimis sunt, qui Deo et Domini Messiæ astant et
ministrant, ascendentes et descendentes ~~continue~~ super illum:
Angelis enim suis inprimis de illo mandavit, ut custodiant illum
Zac. 1. in omnibus viis suis. Vidi nocte, ait Zacharias, et ecce vir ascendens
super equum rufum, et ipse stabat inter Myrtos: et post eum erant
equi rufi, varii et albi. Vir autem ille sedens super equum rufum est
inprimis Messias, cuius equus est corpus assumptum, charitate et
sanguine [illegible] rubicundum [illegible]: de quo non sine admiratione
Isa. 63 Isaias, Quare, ait, sunt rubra vestimenta tua? Et idem Zacharias,
Zac. 13 Quid sunt, ait, plagæ istæ in medio manuum tuarum? et respondit:
His plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me. Ipse stabat
inter Myrtos, quoniam licet sedens esset in cœlis inter choros
beatissimorum spirituum versaretur, non secus ac beatissimus, et
in deliciosissimo Viridario myrtis consito versaretur et perambula-
ret: Qui etsi [illegible] et mortem crucis [illegible], ut hominem
redimeret, non tamen eum deseruerunt, sed comitati perpetuo
sunt. Qui enim descendit de cœlo, non deseruit cœlos. Qui enim,
ait [illegible], descendit, ipse est, qui ascendit etiam super omnes cœlos
[illegible]. Myrtis vero comparantur Angeli, [illegible] arbor illa
semper [illegible] et [illegible]
[illegible] Angeli [illegible] Dei et Christi cultui sunt [illegible] et conse-
crati: ita ut illum semper comitentur, quocunque loco fuerit.
Et Myrtis [illegible] comparabantur, propterea cum Christus de suis
[illegible] asset et [illegible]

cælos ascendisset. Angeli apparuerunt, illumque in cælum exceperunt. Coronant autem eos omnes, qui strenue in fide perstant, et militant militiam bonam.

Est porro eorum aspectus iucundiss. semper viridis et gratissimi coloris. Nam Angeli cum apparerent aspectu sunt gratissimi et virtutum odore [illegible]. Quos, si prout sunt, nobis intueri liceret sat ad nos perpetuo beandos esset ~~liceret~~. Hi erunt corona nostra, si legitime certaverimus et [illegible] nos in suis illos beatissimos ordines excipient, ut cum illis æterno ac beato ævo vivamus cum patre et filio, et spiritu sancto. Amen.

Haues

64 Naves Tharsis: de quibus apud Isaiam habemus: Me insulæ
Isa. 60 expectabunt: et Naves Tharsis ab initio, ut adducant filios tuos de
longinquo etc. Ibi enim, Hebræis quoque asserentibus, de Messiæ
tempore et gentium conversione aperte agitur: ad quam Angeli
tanquam naves, essent suam operam præstaturi, ut e longinquo
et remotissimis partibus adducerent Dei filios ad Ecclesiam suã.
Ezech. 10 Nam Ezechiel Aspectus rotarum idest Angelorum similis La-
pidis Tharsis visus est. Inde forte Angeli navibus Tharsis fu-
2 Par. 9 erunt comparati: quod de Salomone scriptum est: Quo semel
in tribus annis venire solebat naves Tharsis, portantes aurum et
argentum, dentes Elephantorum, Simias et pavones. His enim
Angelorum ministeria ad ædificationem Ecclesiæ Christi signi-
ficabantur, sicut Isaias loco prællegato testatur. Per aurum autẽ
et argentum mundi Reges et Principes sunt accipiendi: et per dentes
Elephantum sapientes: per Simias vero et Pavones populos et
nationes omnes, qui tales esse solent, quales esse viderint Reges Prin-
cipes Sacerdotes et Sapientes, et quasi Simiæ illos æmulantur,
et ut Pavones cum illis libenter morantur. Qui omnes ministerio
quasi Angelorum quasi navium ad Christi Ecclesiam erant ad-
ducendi. Comparantur autem Angeli navibus: quia sicuti nemo
sine certo periculo et vitæ dispendio mare transvadare potest
sine navi: ita sine Angelorum custodia et ducatu, nemo sine certo
animæ exitio huius vitæ mare pertransire potest. Nam sicut solus
Noe, et qui cum illo in arca illa erant, salvi facti sunt: ita illi soli
salvantur in hoc mari procellosissimo, qui ministerio Angelorum
utuntur. Naves enim, quæ nullum pati possunt naufragium; aliquo
scopulo non possunt impingere; sibi a piratis et monstris non est
timendum. Tuti ergo et quasi in portu navigant, qui in his navibus
se continent: sunt enim naves munitissimæ, et longe ornatiores

nauibus Tyrorum de quibus Ezechiel ait: Secum omnia portant bona, quibus ditant, apud quos diuertant. Propterea idem propheta
Ezec. 37 cap. 37 Tharsis, inquit, negotiatrix tua ob multitudinem diuitiarum cunctarum in argento ferro et stanno et plumbo, quæ dederunt in nundinis tuis. Præterea nauibus comparantur Angeli: quia quemadmodum nauibus a loco ad locum nobis uel sedentibus et dormientibus deferimur: ita inuisibili et nobis occulta quadam ratione ab ignorantia peccatis et morte ad [illegible] lumen ad iustitiam et ad uitam transferunt. Naues autem non quæcunque sed Tharsis Heb. תרשיש Angeli appellantur, quod uox ista Gaudij contemplatio significat. Quicquid enim Angeli sunt toti Gaudium sunt: nihil tristitiæ, nihil molestiæ habent, neque nisi gaudio nobis sunt: unde etiam Negociatores Tharsis (ut infra docebimus) sunt appellati.

Negoci

68 Negociatores Tharsis apud Ezechielem, quos Hebræi interpretantur, sunt Angeli. Hebraice סחרים Secharim: qui Gog et Magog interitum essent nunciaturi. qui Antichristum significant: quem Deus, ut testatur D. Paulus, spiritu oris sui est interfecturus. Quos itaque superius Naues Tharsis esse interpretati sumus. Eos Negociatores Tharsis Hebræi esse uolunt. Vox autem Hebræa negociatores significat. eum qui e longinquo adueniat. E longinquo autem adueniunt Angeli cum à Deo nobis ueniant: qui etsi proximus nobis sit. idem etiam longinquus appellatur, quod à nobis natura et excellentia est longinquus. Vel è longinquo uenire dicuntur: quia è cœlo, ubi est eorum propria sedes, ad nos descendunt, non ut otiosi sint, sed ut negocientur, et munera sibi à Deo iniuncta præstent: ut suas nobis impertiant merces, et nostras secum portent, nempe orationes, eleemosinas, et alia opera bona ad Deum referant. Ego sum Raphael

Tob. unus ex septem sanctis Angelis, qui preces sanctorum ad Deum refero:

Act. 10 et iterum Angelus ad Cornelium: Orationes tuæ et eleemosinæ tuæ ascenderunt coram Deo etc.

Tharsis autem Negociatores dicuntur Angeli non quidem rerum terrenarum, sed cœlestium: cum hominibus enim illi uersantur et negociantur, ut ad rerum diuinarum contemplationem eos trahant, ac sanctis cœlestis faciat participes. Bona eorum negociatio, quæ summo cum nostro lucro fit: nostrorum enim operum non indigent Angeli, sed nos illorum egentissimi sumus. Quando itaque dives cum paupere negociatur, ualde sibi est proficuum: Angeli ditissimi sunt, et nobiscum negociantur, non ut ditiores fiant, sed nos ex eorum negociatione ditiores euadamus. Cum Angelis itaque nobis negociandum est et cum illis conuersandum, non cum Dæmonibus. Negociamur autem cum Angelis, cum iuste sobrie,

et pie uiuimus in hoc seculo et in pietatis ac iustitiae curriculo nos exercemus, iniquitatem odio habentes: quam qui facit, non cum Angelis, sed cum Daemone negociatur. Ut autem Angeli semper cum Deo et hominibus caelestia tractant negocia, nec unquam sunt otiosi: ita nobis otiositas, quae omnia mala docet, fugienda est. et negocia diuina semper tractanda sunt. Negociamini (inquit Dominus) dum uenio: Quod est in diuinis muneribus progredi, nunquam uero retrogradi, ut similes simus Angelis Negociatoribus.

69 Nubes. Angeli in sacris litteris appellati propterea sunt, quod in nube saepe
potissimum Dei populo apparuerint: cum ex Aegypto exeuntes, et
mare transeuntes Angelus Domini, qui eos praecedebat, in nubis
specie se inter Aegyptios et Israelitas interposuerit: ut Aegyptii
Ex. 13. 14. ne uidere quidem possent Israelitas mare sicco pede transeuntes.
Quam quidem nubem per diem semper in deserto habuere comitem
et itineris ducem: qui dubio procul erat Angelus Domini. Hinc
factum puto ut plerumque Angeli in prophetis Nubes sint appellati.
Hos intellexit cum ueterator ille superbus dixit: Ascendam super altitudinem
nubium: Non enim contentus, quod Angelus esset, diuinam naturam affectauit,
Isa. 14 quae sola est supra Angelorum naturam. Itemque Isaias optans ut terra
43 aperiretur, et nubes pluerent Iustum optauit ut Angeli e caelo pluerent
Saluatorem et homo fieret. Tandem cum Messiae aduentum praedicaret.
60 Qui sunt, inquit, isti, qui uolant, ut nubes? Praeuidebat enim in aduentu Messiae
Angelos e caelo apparituros, prout re uera, ut testatur Lucas, factum est:
Dan. 7 Et fiet in secundo illius aduentu, sicut Daniel testatus est; Ecce in nubibus
Zac. 14 caeli filius hominis etc. Quod explicans Zacharias: Ecce Dominus meus
ueniet cum sanctis suis. Quem locum S. Hier. explicans sic scribit.
Nunc iste de secundo aduentu praedicatur Saluatoris: de quo et Ioannes
Ap. 1 in sua Apocalypsi loquitur: Ecce ueniet cum nubibus caeli, et uidebit eum
Matt. 24 omnis oculus, et qui eum compunxerunt: Et Dominus in Euangelio pronunciat
uenturum filium hominis in nubibus caeli cum fortitudine et gloria magna.
Veniet autem cum nubibus, i. Angelis, qui sunt ministri spiritus, et ad diuersa
mittuntur officia etc. Nubes itaque Angeli sunt appellati propter singularem
eorum leuitatem, subtilitatem et agilitatem, qua nubibus praestantiores:
Et ut nubes alta petunt et mediae inter caelum et terram existunt: ita Angeli
mediatores sunt inter homines et Deum. Et ut nubes solis ardorem temperant per
diem, ne terra exuratur, et illam rore et pluuia salutari fecundant: ita
Angeli a Diaboli saeuitia et ira nos tuentur et donis caelestibus [illegible]
faciunt. Nubium ergo uocabulo et Angelorum praestantia, et eorum erga nos beneficentia declaratur.

De

710 Nuncij [illegible] Angeli [illegible] nomen est. [illegible]

lib. de Trin. is. c. 13. — quod [illegible] nuncius [illegible]. De quibus D. Augustinus: [illegible]
patrem ea [illegible] per corpus, quod est ei nullum; sed [illegible] sit,
aliunde ab aliquo didicit, aut nuncios [illegible], ut ea sciret, [illegible].
Non utique ad omnia quae sciendo [illegible] sufficit [illegible].
Habet autem nuncios, id est Angelos, non tamen qui ei quae [illegible]
annuncient; non enim sunt ulla, quae nesciat; sed bonum eorum est
de operibus suis eius consulere veritatem. Et hoc est quod ei dicun-
tur nonnulla annunciare: non ut ipse ab eis discat, sed ut ipsi ab eo
per Verbum eius sine corporali sono nuncient, quod voluerit, [illegible]
ab illo per Verbum eius audientes, id est, in eius veritate invenientes quid
sibi faciendum, quid quibus et quando nunciandum sit. Haec ille.
Quibus non solum docet quomodo Angeli Dei nuncij sunt, sed quales etiam
sint: qui quae recipiunt nunciant, et quando eis prius Deus iusserit
nuncianda. Illud enim proprium est fidelis nuncij accepta referre
nihil eis detrahendo, nihil addendo.

De eisdem idem Augustinus alias: Non sane, ait, tanquam inferior
scientiam nuncijs indiget, quasi per eos fiat scientior, sed habet [illegible]
ac mirabili modo novit omnia [illegible] atque incommutabiliter. Habet autem
nuncios propter nos et propter ipsos: quia illo modo Deo parere et assis-
tere, ut eum de inferioribus consulant, eiusque supernis praeceptis et
iussis obtemperent, bonum est eis in ordine propriae naturae atque
substantiae. Nuncij autem Graece Angeli dicuntur: quo nomine
generaliter universa illa superna civitas nuncupatur: quam primam
arbitror conditam existimamus. Caetera vide infra [illegible]

Angeli

71 Oculi et Aures Dei Philoni sunt Angeli: Sunt (ait) quaedam purissimae optimaeq omnium, Intelligentiae quae altius diviniusq sapiunt, aspernatae ista terrestria et humilia, ministrae omnipotentis, tanquam magni Regis aures et oculi, videntes audientesq omnia: Has Genios philosophi, Angelos vocant sacrae literae nomine aptissimo: Sunt enim internunciae, patris mandata perferentes ad filios: et ad illum vicissim preces filiorum. Ideo inducuntur ascendere et descendere: non quod indicibus opus habeat Deus, quia iam ante scit omnia: sed quoniam id conducit nobis mortalibus habere mediatores illos, et arbitros: quo magis revereamur omnium rerum praesidem, et eius maximam potentiam: quam reputantes olim rogavimus quendam mediatorem: Loquere nobis tu: Deus non loquatur ad nos, ne moriamur: Adeo enim non possumus ferre illum castigantem ut ne mera quidem eius beneficia queamus capere, si ea per se ipsum sine alijs ministris porrigat. Haec ille. Angeli sunt septem illi oculi super unum lapidem Messiam dicit, qui discurrunt in

Zac 3. universam terram: qui omnes numero septenario comprehenduntur. Ut autem oculi omnium sensuum sunt praestantissimi et velocissimi omnium celorum, et inprimis lucis capacissimi: ita Angeli omnium rerum conditarum sunt praestantissimi, velocissimi in suis actionibus, et omnium bonorum capacissimi: qui soli faciem patris irreverberata acie contemplari possint. Et ut oculi sunt animi indices: ita Angeli Dei quandam imaginem praeseferunt, ac qualis erga nos sit velut [illegible] ienus, ut [illegible] mittuntur illiusq voluntatis sunt praenuncij: ita ut ex his et alijs multis de causis Oculi et Aures Dei iure optimo dicantur. Cum enim, ut habetur apud Tobiam, orationes iustorum, et eorum opera bona ante

pertrant. [?] ei aures esse uidentur: qui etiam per illos accipit et audit
quod per se ipsum percipit, et audit etiam antequam clamamus et oremus.
psal. 33. De Angelis forte intellexit Propheta cum dicit: Oculi Domini
super iustos, et aures eius ad clamorem eorum: et item Sapiens:
In omni loco oculi Domini contemplantur bonos et malos. Isti
oculi, de quibus Ioannes testatur, Agnum habere oculos septem
et cornua septem, qui Angeli sunt. Hi cornua dicti propter forti-
tudinem: oculi uero propter eorum prouidentiam. ~~Vide~~
Matt. 22. ~~Lampades~~. Cum autem sancti, Domini sententia, in coelis futuri sint
similes Angelis, de illi quoque Dei oculi et aures dici possunt, qui in Deo
et ex Deo nostras humanas prospiciant, et nostras audiant preces
easque Deo opt. max. non tanquam ignoranti, sed ita disponenti referant
et pro nobis intercedant.

72 Ornatus vide Exercitus.

73 Oues nonaginta nouem iusti scilicet, qui non indigent penitentiâ
apud Lucam alij esse non poterant, quam Angeli: qui sicut
iusti, ita sancti sunt, ut nullam peccati labem unquam senserint.
~~Nemo autem inter mortales ita iustus est~~ cuius nunquam [illegible]
peniteat. Nemo autem inter mortales ita iustus est, qui ali-
quando non peccet, et penitentia indigeat. Oues itaque nonaginta
nouem, quae non peccauerunt, neque penitentia indigent, Angeli
sunt, qui ex nouem Angelorum Choris et ordinibus in ea iustitia
et innocentia, qua formati sunt, perstitere; et in ea confirmati
sunt: Quorum confirmatio et stabilitas, dum illi numero nonena-
rio, qui est nonaginta nouem, innuitur: quae enim in sacris li-
teris repetuntur, stabilia et firma esse demonstrantur. Neque cuiquam
durum uideri debet, quod Angeli Oues dicantur: quando et
ipse Dei filius nomine huiusmodi uocari non fuit dedigna-
tus. Sicut ouis, de eo Isaias dixit, ad occisionem ductus
est. Dicti ergo sunt Oues Angeli, et quoad Deum, qui est
summus et omnium Pastor, et quoad nos, qui itidem Oues
pascuae eius dicimur. Quoad Deum: quia Angeli ueluti Oues
suo Pastori Deo Opt. Max. obsequentissimi sunt, uocem
eius sine sono audientes et sequentes. Benedicite, canit
Propheta, Domino omnes exercitus eius: Ministri eius qui fa-
citis uoluntatem, seu beneplacitum eius. Hoc etiam nomine
Angelorum integritatem, iustitiam et innocentiam declarauit:
cum ouis animal sit innocentissimum, et mitissimum, nihil
habens quod noceat, omnia habens quae prosint. Non ungulas
non dentes, non cornua habent oues, sed fecundissimae et
gratissimae sunt pastori suo, lac et lanam copiosissime praebentes

Luc. 15

Isa. 53.

Ita et Angeli semper benefici, nunquam malefici existunt: semper laudant et benedicunt Domino: semper bona et felicia nobis à Deo procurant. Ut autem oues omnibus animantibus sunt homini utiliores ita Angelis nihil homini post Deum est praestantius et commodius: Ipsi nos lacte suae charitatis nutriunt et suae uirtutis lana uestiunt ut et nos Dei oues effecti una cum illis pascuis illis aeternis in montibus coelorum à Deo nostro et illorum pastore pascamur. Qui enim uult cum Angelis pasci, ut fiat et ipse Christi ouis est necesse, audiens et sequens uocem ipsius. Sed quomodo [illegible] qui oues sint pastores in sequenti nobis erit dicendum

74 Pastores Isaias, D. Hieronymo interprete, Angelos appellauit, cum prædiceret Babylonem fore stationem bestiarum idest Dæmoniorum: neque pastores idest Angelos in ea ultra esse quieturos: sed sicut Sodomam et Gomoram: ex qua cum exijssent Angeli, et Loth vir iustus continuo igne et sulphure e coelo lapso consumpta est. Unde enim Angelorum custodia sublata est, certum exitium est expectandum: Si enim pastores gregis cura non incubuerint, statim luporum præda ut pateat necesse erit: sed sub illius custodia tuto degit et quiescit. Ob hanc itaque Angelorum uigilantiam et curam, quam potissimum de grege Christi habent, pastores sunt appellati. Quo etiam nomine quantum cæteris creaturis antecellant, declaratur: tantum uidelicet quantum pastor ouibus præstat. Oues autem pastoribus suis commissæ homines in primis sunt debiles, inermes et simplices: quibus uel nullæ uel pusillæ sunt uires, quibus Satanæ resistere potentiæ et malitiæ. Ut ergo ouium salus tota in uigilantia et uirtute pastorum est sita: ita omnis nostræ salutis spes in pastoribus Christo et Angelis eius collocata est. Pastoris autem nomen est honoratissimum: unde, Platone teste, Homerus Reges et exercituum Duces Pastores appellauit. Quinimo nemo ad Regiam dignitatem olim assumebatur, qui prius ouium pastor non fuisset. Ita siquidem Moises cum pasceret oues Iethro, ad populi Dei regimen et ducatum est ascitus. Et Dauid de post fœtantibus ad Regnum est uocatus. Eusebius in suo Chronico testatur Reges Aegyptiorum pastores nuncupatos fuisse propter Ioseph et fratres eius, qui pastores in Aegyptum descendisse comperiuntur. Et ex Manethone ut uidere est apud Iosephum contra Apionem lib. 1.º Non est ergo pastoris nomen uile et abiectum: Nam idem Plato uocem

De

illud seculum sub Saturno recensens Angelos pastores hominum tunc fuisse asserit: Ut enim oues non recte nisi à pastore ducuntur ita homines non recte duci possunt nisi à Deo: qui nobis semper duces et pastores Angelos [illegible]. Origenes in Lucam Dicam, inquit, quosdam fuisse pastores Angelos, qui res humanas regerent. Propterea nato Domino uenit Angelus, et nunciauit pastoribus, quod uerus pastor esset exortus. Pastor siquidem iste est præcipuus, cuius sunt oues propriæ: quia ipse nos creauit, et redemit, qui nos curæ Angelorum et Prælatorum comisit, non propterea tamen curam et sollicitudinem nostri dimittens, qui omnia operatur in omnibus. Postquam itaque Angeli pastores sunt, nos uero eorum oues sumus, ductum eorum sequi debemus: amant enim et illi oues suas, neque lupum uidentes fugiunt, sed illum potius fugant: non excoriant aut deglubunt oues, sed seruant: non illas tondent, et emungunt, sed saluberrimis pascuis nutriunt. Pastores enim ~~[illegible]~~ minime sunt, qui ouium lana et lacte [illegible] [illegible] pelle et carne escant, sed qui ouium uitam, et salutem tantummodo quærant.

Partie.

71 Participes Christi, D. Paulo interprete, Angeli sunt: de
Psal. 44 quibus David: Propterea unxit te Deus, Deus tuus prae participibus
tuis: est autem uox Heb. מחבריך Mechaberecha: et eos signi-
ficat, qui se alteri coniungunt et associant, ut unum et idem negocium
simul tractent. Cum itaque Angeli sint Dei administri et cooperatores
Dei et Christi participes sunt appellati: utpote qui in societatem
ministerij sint assumpti: non quidem quod eorum opera indigeat
Deus quia solus per se omnia non possit: sed quia sic spiritus illos
honorare uult: et quia ut per talia media nobiscum agat Deus
nobis conducit. Participes etiam Dei dicuntur, ne quis existimet illos
Deos, aut aequales Deo esse, et filio suo, uel etiam spiritui sancto,
quod omnium creaturarum sint excellentissimi et Deo proximi-
ores: Quantis enim et quibusuis praerogatiuis emineant, non Deus
aut Christus sunt, sed Dei et Christi eius participes. In illo
enim Christo Diuinitas (ut D. Pauli uerbo utar) corporaliter
idest plene et perfecte, in Angelis autem ad mensuram inhabitat
pro eorum captu. Vnxit enim illum Pater in sua aeternitate, c[illegible]
filium genuit sibi quam simillimum, coaequalem et coaeternum:
Vnxit et Angelos suae diuinitatis eos participes faciens, non filios
sed Angelos illos in tempore et cum tempore creans: et in sua ipsorum
innocentia illos confirmans: unde participes diuinae quidem
naturae, sed non substantiae dicuntur: ea enim sola Trinus Diuinis
Personis est communis. Vncti autem dicuntur et ipsi oleo laetitiae
quia dono spiritus sancti ita in gratia confirmati sunt, ut ab ea
labi non possint: Oleo enim membra consolidari solent,
Christus autem Dei filius oleo idest spiritu sancto unctus dicitur,
quia natura Deus solidissimus sit: quia ut oleum liquores ita

ipsos Angelos et omnes alias creaturas superat ipse, non creatura
sed creator existens, non habens spiritum sanctum ad mensuram
sed plenitudinem, non illius tantum munera cum Angelis, sed eius
substantia una cum patre, cum quo et Spiritus sanctus unus est
Deus. Origenes de principijs. In hac, inquit, sola Trinitate, quæ
est auctor omnium, bonitas substantialiter inest, cæteri uero acci-
dentem eam ac decidentem habent: et tunc sunt in beatitudine cum
de sanctitate ac sapientia ac de ipsa diuinitate participant. Hæc ille.
Cum itaq. Angeli dicuntur Pontifices, significat non natura, sed
gratia Dei tales esse, quales sunt.

76 Portæ æternæ, quas alloquitur Propheta dicens: Eleuate
psal. 23 capita uestra ò Portæ et introibit Rex gloriæ: Angeli enim
sunt qui ascendere: Quis est iste Rex gloriæ? Quem locum ex-
plicans Ruffinus in symbolo: Denique, ait, quia nouus iste ingressus
portarum cœli æditius et principibus, idest Angelis, uidebatur;
uidentes naturam carnis secreta cœlorum penetrantem dicunt ad
inuicem: Sicut Dauid propheta plenus spiritu sancto denunciat
dicens: Tollite portas principes uestras, et eleuamini portæ æter-
nales et introibit Rex gloriæ etc. Quæ utique non propter diui-
nitatis potentiam, sed propter nouitatem carnis ascendentis ad
Dei dexteram ferebantur. Hæc ille. Quibus Origenes astipu-
latur. Verior autem uidetur esse editio Hebraica. Nam Propheta
uidetur alloqui cœli portas, Angelicas scilicet uirtutes et potestates:
portarum siquidem nomine potentiæ ueniunt, tam boni quàm
Matt. 16 mali: de quibus Dominus dixit: Et portæ inferorum non
præualebunt aduersus eam. Sicut itaque inferorum portæ sunt
Diabolicæ potestates; ita cœlorum portæ sunt uirtutes Angelicæ.
Quibus Spiritus Sanctus per Prophetam iubet, ut leuent capita, idest
ut iubilent et lætentur: Nam et Dominus cum Apostolos suos
et uiros iustos in nouissimis diebus æquo et læto animo esse
instituit, huiusmodi uoce usus est: Leuate capita uestra: Quo
etiam Spiritus sanctus usus est cum Angelis eos compellans, et
dicens: O portæ ò Virtutes, ò Angeli Dei exultate: Quia Rex
gloriæ Deus et homo Christus cœlos penetrat, et ad dexteram
patris sedet. Quæ quidem portæ gloriam tanti Regis admi-
rantes dicunt: Quis est iste Rex gloriæ, Dominus potens

uirtute, Dominus potens in prælio: ipse enim cum Diabolo, pec-
morte et mundo prælians uictor ascendit, de omnibus inimicis su-
triumphans. D. quoq. Hieronymus ad Damasum, Virtutes, ait, quæ
Domino ministrabant ad cælestes alias fortitudines proclamabant
ut pandantur ianuam Domino uenienti: Tollite portas principes
uestras: siue, ut Aquila interpretatur, Tollite portæ capita uestra.
Portæ etiam æternales propterea appellantur Angeli, quod per illos
quasi per portas ingressum habemus ad Deum: quæ erectæ per
Christum eleuatæ sunt: quando Angeli etiam per Christi uicto-
riam, et gloriam magnam augendæ propriæ gloriæ occasionem
nacti sint. Æternos autem Angelos appellat, non quod ab æterno
fuerint, sed potius quod sempiterni sint. Sunt itaq. [illegible]
Ap. 21 Angeli portæ illæ duodecim superna Hierusalem D. Ioanni
monstratæ: in quibus stabant duodecim Angeli excepturi quos-
cumq. ex quacumq. mundi plaga ad illam adscenderent, ut perpetua
Dei uisione fruantur.

77 Potestates Angelos appellauit D. Paulus scribens ad Ephesios: quos Hebraei גבירות Gebiroth appellant: eos significant, qui auctoritate et facultate polleant, etsi alioqui viribus essent debiles. Angeli vero cum potestatem et auctoritatem a Deo habeant maximam, absolute Potestates dicuntur: et eos praesertim, qui ad hunc spectant ordinem: De quibus D. Gregorius ita scribit: Potestates etiam vocantur hi, qui hoc potentius in suo ordine perceperunt: ut eorum ditioni virtutes aduersae subiectae sint: quorum potestate refrenantur, ne corda hominum tantum tentare praeualeant, quantum uolunt. Haec ille. Vox autem Hebraea significat Dominium et Imperium, quod penes Angelos est in omnibus creaturis, et in primis in aduersis potestatibus: quibus ni occurrant et resistant Angelicae potestates omnia in antiquum redirent Chaos. At non solum penes Angelos summa rerum est, unde per antithesim Potestates appellantur, sed uires incredibiles et insuperabiles sunt apud illos: unde etiam appellantur potestates.

Eph. i.

78 Potentes uirtute etiam dicti sunt Angeli: de quibus Propheta: Benedicite, ait,
psal. 102 Domino Angeli eius, potentes uirtute, facientes uerbum eius. Hebraice sic
נבורי כוח Gibbore Choc: quod idem est cum superiori, Potentes
hoc nomine Gigantes notantur qui caeteros et corporis mole, et uiribus superent.
At non otiose addidit. Potentes nomini Virtutis nomen: nam etiam
Nimrothus Potens est appellatus, sed non uirtute, at uenatione quae uiolenta
est et dolosa potentia. Diabolus etiam potens est: Non est potestas, ait Job,
in terra, quae comparetur ei: sed potestas eius est in dolo, in peccato. quae
quidem potestas Tyrannidis potius nomen habet. At Angeli potentes
dicuntur uirtute, ut faciant uerbum ipsius: Hoc enim est uere posse. nam
qui non potest, neque posse quidem dici potest. Diabolus et membra illius
non sunt potentes ad faciendum uerbum ipsius, cum contra potius
nitantur. Debilis est itaque et imbecillis, neque quicquam per se et suis
uiribus potest: si enim illi nos assenserimus, potens efficitur: si restiterimus,
fugit, et imbecillis efficitur. At Angeli potentes sunt uirtute, quia illorum
uirtus et fortitudo est Deus. Potentes etiam uirtute dicuntur, qui
suis uiribus ad quaecumque agenda non indigeant, cum suis uiribus omnia
possint: et cum uirtute ad uirtutem faciendam: Ad audiendum uocem
ait Propheta uerbi eius. Verbum autem Dei est uoluntas illius: quae
ab Angelis ob singularem eorum uirtutem sine sono uocis, sine uer-
borum prolatione, solo afflatu et nutu Dei percipitur, et perficitur.

29 Præcursores. Vade, ait Dominus Moisi: Mittam præcursorem tui
Exod. 3 Angelum. Idem autem fere est Præcursor, quod Antesignanus et
Commissarius, qui iter præmonstret, et quæ agenda sint, quasi præ-
cursione quadam moneant et doceant. Quale Socratis Genium
fuisse volunt: de quo idem Socrates apud Platonem testatur dicens:
Adest mihi diuina quadam sorte dæmonium quoddam a prima
pueritia secutum: Hoc enim uox est quædam, quæ cum fit,
semper eius rei, quam facturus sum disuasionem innuit, prouo-
cat uero nunquam etc. Præcursores itaque dicuntur Angeli, quod
nos suis occultis et spiritualibus præuenient admonitionibus: quibus
nos a malis deterreant, et ad bona incitent et inflammment.
Præcursores etiam agunt cum huius uitæ iter tutum et expedi-
tum ab hostibus corporalibus et spiritualibus reddunt, et ad
futuram nos paratos et instructos faciant. Hoc enim præcursoris
uidetur esse proprium uiam parare et rectas semitas facere, ut
sine impedimentis, quo tenditur, perueniatur: ita siquidem
Angelo duce antesignano et præcursore Israel omnes itineris
difficultates superauit, hostes potentissimos profligauit, et ad
terram fluentem lac et mel peruenit. Quemadmodum autem
bonus pastor (teste Domino) ante oues suas uadit: ita et Angeli
qui pastores sunt et præcursores ante electorum faciem uadunt:
ut illos ad beata regna saluos et incolumes perducant: impedi-
menta remouentes, et adiumenta suppeditantes. Hoc etiam
præcursoris nomine declaratur non longe Dominum abesse, ubi
præcursor Angelus fuerit: Non enim præcursor esse potest, nisi
subsequatur Dominus. Hinc est quod, Abraham cum uidisset

Angelos; Deum adorauit: et Magdalena cum Angelos uisisset, mox conuersa uidit Dominum sub Hortulani forma: Sicut non est Deus uisus sine Angelis: ita neque Angeli sine Deo apparent, ut præcursores non sint sine suo successore Deo: sunt enim correlatiua præcursor et successor. Post Angelos namque præcursores Deus semper se manifestat

80 Principatus et Principes. D. Paulus ad Colossenses
col. i. scribens Angelorum ordinem Principatum ~~constituit~~ appellatum
constituit. Dionysius autem eius discipulus eos esse tradit, qui
Dei iussu bonorum ciuium, et legitimorum Principum mentes
ad bene gubernandum illuminant. D. uero Gregorius Prin-
cipatus, ait, etiam uocantur, qui ipsis quoque bonis Angelorum
spiritibus præsunt: qui subiectis aliis, dum quæ sunt agenda
disponunt, eis ad diuina misteria explenda principantur. Hæc ille.
Sed siue terrenis Principibus seu aliis Angeli præsint, certum
est penes Angelos omnes in genere et in specie esse rerum omnium,
post Deum, summum principatum. Et pote qui in omnibus crea-
turis primum obtineant locum, et iustum ac legitimum in illis
exerceant imperium et principatum: Nati enim et creati sunt
principes à Deo, et quorum principatum super omnes creatu-
ras esse uoluit: et ipsi ab initio usque modo, et perinde usque ad
consumationem seculi huiusmodi principatum retinuerunt et
retenturi sunt: quando postea omnia futura sint subiecta Deo,
nosque Angelis æquales futuri sumus: quia Deus erit omnia
in omnibus. Principatus terreni mutabiles sunt, cœlestes uero
æterni et imutabiles sunt: quo fit ut aliquando apud nos qui
princeps est, ultimus et subiectus fiat. At Angelorum Prin-
cipatus semper idem sunt, et uigent: ita ut soli Angeli Princi-
pes uere appellari possint, quod omnes ueri Principis conditiones
habeant et uirtutes. Quarum illa est ~~propria~~ præcipua ut serui
et ministri subiectorum esse non dedignentur: neque illi in subi-
ectis principatum exerceant, ut aliquid emolumenti, uel etiam

De

gloriolæ et honoris percipiant, qui bonorum nostrorum nō indigent,
sed ut potius subditis sua impertiant, et acceptorum beneficiorum
non sibi, sed Deo omnis gloria et honor impendatur. Exercent
ergo Principatum non ut sibi ipsis, sed ut nobis prosint: unde
merito patres potius quam Principes essent appellandi.
Principatus autem ... in facultate et authoritate consistit
sibi a Deo commissa, quam exercentes Principes dicuntur.
Nam principatus in habilitate consistit. Utrumque autem ab initio
et amodo est in sanctis Angelis. Principatus enim sunt et Prin
cipes: idque praecipue, quod illis omnes mundi provincias curan
Dan. 10 das subiecerit Deus. Unde Daniel de Angelis loquens: Prin
ceps (inquit) Persarum, Princeps Graecorum, et Princeps
vester Michael: illis enim provinciis cum praesideant,
Principes appellantur. Constituit enim Deus (inquit Moyses)
terminos populorum secundum numerum Angelorum: sicut
Deut. 32 legit Origenes, quamvis aliter se habeat editio vulgata.

lib. 1. de doc. Chri. cap. 30 Proximi quoque nostri, D. Augustino assertore, Angeli dicendi sunt, Quia
(inquit) si vel cui praebendum vel a quo nobis praebendum est officium misericordiae
recte proximus dicitur, manifestum est hoc praecepto quo iubemur diligere proximum
etiam sanctos Angelos contineri, a quibus nobis tanta misericordiae officia impenduntur
quanta multis divinarum scripturarum locis animadvertere facile est. Ille-

Quadrigæ

81 Quadrigae currus sunt, qui quatuor trahuntur equis: et propterea
cursu citissimo et fortissimo feruntur: his comparati sunt Angeli:
Hab. 3 de quibus Habacuc: Et quadrigae tuae, ait, salvatio. Et Isaias: adducent
Isa. 66 fratres vestros in lecticis et quadrigis: Quae omnia D. Hieronymus
de Angelorum ministerio interpretatur. Quatuor etiam quadrigas, quas
Zach. 6 Zacharias vidit in medio duorum montium, Angelos etiam aliqui ex
Rabbinis ~~[illegible]~~ fuisse volunt. Sic enim velocissimus et promptus
Angelorum motus est demonstratus: quem duplicem esse volunt, vel
ascendendo vel descendendo: Sic enim vidit eos Iacob ascendentes et
Gen. 28 descendentes per scalam, quam quatuor volunt habuisse gradus, sicut
quadrigae habent quatuor equos: Qui hoc loco [illegible] quatuor illas
beatorum qualitates, subtilitas, agilitas, claritas et incorruptio, quibus
fit ut Angeli ubique quamcitius nobis praesto esse possint: neque illam
locorum distantiam et soliditatem obstare: quando et ipsi ianuis clau-
sis ad nos corpora aliqui impenetrabilia, penetrare possit
Visae autem sunt Quadrigae quatuor: et quaelibet quadriga quatuor trahitur
equis ut soliditatem firmitudinem ac identitatem Angelorum demonstret.
Quaternarius siquidem numerus cum ex aequalibus partibus constet firmi-
tudinis et incorruptionis est hieroglyphicum: non enim his quadri-
gis timendum est ne possint cursum suum explere, sine ullo impedi-
mento: sunt enim firmissimae et solidissimae: et idem sunt equi a
quibus trahuntur, virtutes scilicet, quibus praediti sunt. Propterea Habacuc
quadrigas Dei salutem appellat; quoniam [illegible] quo commeatus habeant,
salvent ~~[illegible]~~ occulto quodam ministerio nationes et populos et omnes
denique eos ad Christum et Ecclesiam eius adducentes ut salvi fiant.
Tales se tunc Cornelio, et Eunuco Reginae Candacis exhibuere Angeli:
quorum alter a D. Petro, alter a Philippo est baptizatus: et
demum cum sanctis veteris testamenti patribus [illegible]
servantes; et ad unius Dei notitiam perducentes.

82
Tob. 3.

Raphael apparens est Angelus ille, qui Tobiam filium duxit et reduxit incolumen, eumque ab oppressione Dæmonis liberum fecit, eiusque parentem cæcum a cæcitate liberavit: de quo etiam supra nomine [illegible] quod Dei auxilium interpretatur. Raphael autem vel Dei medicina vel medicus sonat. [illegible] nomen ab effectu consecutus est: De quo etiam D. Gregorius Raphael, ait, interpretatur (ut diximus) Medicina Dei: quia [illegible] cum Tobiæ oculos quasi per officium curationis [illegible] cæcitatis [illegible] tersit: Qui [illegible] ad curandum mittitur, dignus videlicet fuit, ut Dei Medicina vocaretur. Hæc ille.

Quod autem Angelo illi est tributum cæteris Angelis est concessum ut Dei medici sint [illegible] ad quascumque infirmitates tollendas: Propterea [illegible] D. Ioannes [illegible] quod Angelus Dni descendens Io. 5. movebat piscinæ aquam: et [illegible] in eam descendisset sanus fiebat a quacumque infirmitate. Habemus infinita prope exempla eorum qui opera Angelorum a plagis et infirmitatibus vel uno momento curati sunt, et statim pristinæ restituti sanitati: qui Dei medici sunt et medicina ut sciant omnes, qui sani facti sunt a [illegible] infirmitate, vel in sanitate conservati, id potius bonis Angelis [illegible] a Deo sibi contingere, quam a medico. Nam humani generis [illegible] ille [illegible] omnia mala in hominem machinatur, et [illegible] magis curat, quam ut hominem in omnia mala conijciat, itaque tum corpore tum in anima [illegible] prout cum Iobo fecit et nisi eius malignitas Angelorum ministerio [illegible] liberetur, nihil integrum, nihil intactum, et non valde corruptum apud nos relinqueret. Si itaque sani sumus, si ab infirmitate [illegible], id in primis Deo Opt. [illegible] Angelorum præsidio acceptum ferendum est: Neque tamen [illegible] medicorum opera: nam sapiens [illegible] medicum esse honorandum: quia omnis medela a Dno est. Est itaque Angelus perfectus medicus, qui tum animi tum corporis infirmitates [illegible] curat: qui etsi solo verbo vel afflatu curare valeat, ut tamen Dei. Celsus (scribit Origenes) [illegible] mirum in modum exhibitum Raphaeli vocitabat. nempe in eo quo medela esset expectanda timor et languor potius intercesserit R.

R ut adsumamus, inquit Origenes, specialitatem et officium Raphael, qui medicinæ præest, in videris aliquem peccatis vulneratum, et sagittis [illegible] confixum, adhibe curationum sermonem, ne verbi Dei conficit medicinam, ut peccati vulnera per penitentiam sanes et medicinam conpositionis ostendas. Hæc ille.

Raziel

83 Raziel, quod sonat secretum Dei Chaldaice; quem Angelum
Eccl. 10 esse uolunt Hebræi, qui Dei secreta reuelet: de quo Ecclesiastes:
Etiam in cogitatione tua Regi ne maledicas: et in secreto cubilis
tui diuiti ne maledicas: quia aues cœli deferent uocem ipsam:
et habens alas annunciabit uerbum: de quo superius egimus uerbo
Aues. Appellantur itaq. Angeli Raziel idest à Dei secretis.
Amos 3 Nam ut habetur apud Amos: Non facit Dominus quicquam, nisi
reuelauerit secretum suum seruis suis prophetis. Per Angelos
autem id multo magis facit: qui suæ uoluntatis sunt nuncij:
unde Raziel possunt appellari: quia Dei mysteriorum conscij sunt.
Respectu quoq. nostri Raziel sunt, cum secreta cordium nostrorum
rimentur, et ad Deum deferant: propterea monet nos sapiens
ne uel in cubili etiam remotis arbitris, uel etiam in corde Deo
Regi et Diuiti maledicamus. quando non desint, qui non
solum uerborum, sed etiam cogitationum nostrarum incant
cationem ... obseruent, Angeli scilicet. Hi autem sunt
P. 3 4 de Leg. Nemesis illa, de qua Plato disserit: dicens enim per totam
uitam parentem maxime uenerari decere, subdit: Leuium
enim uolatiliumq. uerborum grauissima imminet pœna: Nam
omnibus præposita est, Nemesis, iudicii Angelus, huiusce modi
omnium consideratrix. Hæc ille. Nemesis ergo Platonis
est Angelus iudicij, qui abscondita, et occulta nota faciat, et
discernat: quem Hebræi Raziel appellant; et Salomon
Eccl. 10 Volatilem dixit, uerbum et cordis cogitationes bonas et malas
coram Deo portans, idest, manifesta faciens: oportet enim
omnia manifestari coram tribunali iusti Iudicis, ut omnes
pro meritis siue præmia siue supplicia accipiant.

orig. lib. i in Iob. Origenes in Iob sicut ad Cornelium dictum est de bonis: Orationes tuæ et eleemosinæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei. sicut dictum est Diabolo de malis: Malignitates tuæ et iniquitates tuæ ascenderunt in conspectu Dei: Quomodo ascenderunt? a sanctis Angelis oblatæ: Sicut enim offerunt sancti Angeli memoriam iustorum, atq' iustificationes eorum ante Deum: sic similiter deferunt iidem Angeli memoriam malitiæ atq' nequitiæ Diaboli, livoris eius et invidiæ, quam habet circa sanctos. Quod autem offerant gloriosi Angeli in conspectu Dei hæc universa, Raphael nuncius testis est, qui dicit est ad Tobiam dicens: Cum orares tu, et Sarra filia Raguelis, ego obtuli memoriam orationis vestræ, et legitima eius in conspectu gloriæ Dei: offerunt nihilominus sancti Angeli Dei, non quasi nesciat is, qui omnia novit, antequam fiant, sed ut testes efficiantur sanctitatis atq' pietatis iustorum. Hæc ille. Quibus exprimitur cur Angeli appellentur Raziel id est Dei secretarij. Vide Nuncij et Oculi.

84 Job 3. Reges et Consules D. Gregorius Angelos esse dicit, illud Job explicans: Tunc quiescerem cum Regibus et consulibus terræ etc. Quia, ait, cunctorum conditor omnia per semetipsum tenet: et tamen ad distinguendum pulchræ universitatis ordinem, alia alijs dispensantibus regit, non immerito Reges Angelorum spiritus accipimus: qui quo omnium authori familiarius serviunt, eo subiecta potius regunt. Cum Regibus erat dormiret, quia nimirum iam cum Angelis somno quiesceret, si persuasoris dicta sequi noluisset. Qui bene etiam consules vocantur, quia spirituali Reip. bene consulunt, dum sibi socios adiungunt. Bene consules vocantur, quia dum ipsis nunciantibus voluntatem conditoris agnoscimus, in eis procul dubio consultum ab hac angustia nostræ tribulationis invenimus. Hæc ille. Reges itaq. terræ appellantur Angeli, quod Deus omnia mundi regna omnesq. provincias illis administrandas comiserit, ac mortalibus omnibus præfecerit: quorum omniu saluti cum consulant, utpote eam custodientes, merito Reges et Consules, seu Consiliarij (ut vox Chaldaica sonat) sunt appellati: idq. præsertim, quod non solum Deus sua consilia illis comittit, sed quod nos saluberrimis consilijs ~~nos~~ moneant, quibus nostram ipsoru salutem consequi, et exitium cavere possimus: Si ergo recte rebus nostris est consultum, id Angelis acceptum ferre debemus, à quibus est omne bonum consilium.

Reges etiam et Consules dicuntur, quod in eorum administratione hominum nullam vim adhibeant: id enim faciunt tyranni, non autem Reges: Consulum autem est cohortari, et consiliu

adhibere non cogere. Possunt itaq; consulere Angeli, at invitum et
cunctantem non cogunt, licet infirmitati hominum compatiantur
et illos adiuvent, ut cum Lot et illius uxore et filiabus fecerunt
ad manum illos quidem ducentes, at non pertrahentes: homo si
quidem cum liberi sit arbitrii, persuasione trahendus, quam vi est
ducendus. Praeterea cum necesse sit ad suum finem sibi commissa
ducere, et omnium finis Deus sit, Angelorum itaq; proprium erit
homines ad Deum adducere, ut sic optimi Regis munus obeant,
ex quo Reges et Consules iure dicantur.

85 Sancti apud Danielem praesertim, appellati sunt Angeli: sed longe
Dan. 4 alia ratione, qua Deus et homines sancti appellantur: nam Deus
Tob. 12 solus sanctus natura dicitur: et ab Angelis apud Isaiam ter sanctus
est decantatus: quod solus summam perfectam sanctitatem habeat.
Sancti sunt Angeli participatione diuinae naturae, in qua creati et
confirmati sunt. Sancti sunt homines, sed ex prophanis per pecca-
tum sancti facti. Angeli sua creatione et origine sancti sunt,
et in sanctitate ita confirmati, ut in eis nihil prophani locum
habere possit.
*Didymus de Spiritu sancto ad D. Hieronymum. Omnis, inquit,
creatura non ex sua substantia, sed ex communione alterius sancti=
tatis sancta perficitur. Dicti sunt quidem sancti, Angeli, in
Euangelio, Saluatore dicente, venturum filium hominis in
Mar. 8 maiestate sua et patris et sanctorum Angelorum: Et Cor-
Act. 10 nelium in actis Apostolorum a sancto Angelo credidit accepisse
responsum, ut Petrum Christi discipulum vocaret ad se. Sancti
ergo sunt Angeli participatione Spiritus sancti, et inhabitatione
filii Dei, qui sanctitas est et communicatione patris: de quo
Saluator ait: Pater sancte. Si igitur Angeli non ex propria
substantia sancti sunt, sed ex participatione sanctae Trinitatis,
alia Angelorum ostenditur a Trinitate esse substantia. Hactenus.
Sunt autem Angeli caeteris creaturis sanctiores, quo Deo sunt
proximiores: et diuinitatis capaciores: et quod magis est,
sunt
in ipsa sanctitate firmissimi, ut iam excidere non possint:
Qui enim uere sanctus est et dici debet, in sanctitate firmus
et stabilis esse debet: quod de paucis hominibus, dum in hac
uita fluctuant, et de omnibus Angelis, qui iam in patria

nauigant, dici potest: Nam uox Sanctus à uerbo sanctio uenit, quod idem est, quod stabilire, et confirmare: ut sanctus idem sit, quod stabilis et confirmatus. Et autem à Sanctis nonnulla quæ recta, quæ incontaminata sunt esse asserunt: ita à sanctis Angelis omnia bona nobis proueniunt: et ab illis inprimis nobis sanctitas procuratur: cuius sunt amantissimi et studiosissimi: per quam spiritibus illis immundis maximo terrori sunt. Sancti etiam dicuntur Angeli, quod ab omnibus rebus prophanis separati, toti Dei cultui sint emancipati et addicti, semper et ubiq. Deo assistentes, faciem illius contemplantes, et ab illo pendentes, ut quæ illi beneplacita fuerint cognoscentes statim expleant.

Sedes vide Throni

86 Sepes, qua vineam suam apud Isaiam sepsit Dominus, et de qua
Isa. 5. Matt. 21 Saluator in Euangelio, D. Hieronymo interprete, est ipsa Angelorum custodia, qua in primis uallata est Ecclesia. Vt itaq sepes vineæ maximo decori sunt et emolumento: ita Angelorum custodia Ecclesiæ maximo est ornamento et utilitati: Nam ut sepes et furibus et pecoribus impedimento sunt, quominus Vineam uastent: ita Angeli malos tum homines tum spiritus ab iniuria Ecclesiæ, et sanctorum omnium prohibent: eorum siquidem sublata tutela, statim prædæ Demonum patent, ut exemplo Iob perspicuum est factum. Propterea cum iratus est Dominus, et de peccatis uindictam sumere se uelle intelligat, Auferam, inquit, sepem eius: In quas enim miserias statim non est coniectus Iob, et post ipsum populus Israeliticus Angelorum abolita sublata custodia? Cum illa uero quam felix, quam beatus et omnium bonorum affluens est factus? Vt autem sepes ex spinis fiunt, quibus fures et animalia arceantur: ita Angeli summo decori sunt iustis: ita maximo terrori sunt malis hominibus, et spiritibus immundis. Aufert autem Deus ab hominibus Angelorum custodiam, cum illos spiritus immundos sibi ipsis permittit propter peccata eorum, et in primis propter incredulitatem eorum, qua se ab illo alienant. Iacobus fatetur
Gen. 48 se beneficio Angelorum ab omnibus malis fuisse erutum: quia eorum præsidio quasi sepe eum circumdederat Deus. Abunde autem nobis discernendi sunt omnes Angeli, qui una et eadem charitate omnes nos complectuntur: et una eademq uigilantia et cura custodiunt: Quia Angelis (inquit Propheta) man=

dauit de te, ut custodiant te in omnibus uijs tuis, Ne forte offendas ad lapidem pedem tuum: Ubi enim est custodia Angelorum ibi nullus relictus est locus malorum spirituum: Ut enim spinis configitur, qui illos percutere nititur: ita Diaboli Angelorum uirtute configuntur, affliguntur, et torquentur ni a iustorum iniuria discesserint: Hinc illæ eorum uoces:

Matt. 8 Venisti ante tempus torquere nos: Angelorum siquidem uirtute quasi acutissimis spinis configuntur mali spiritus, et ab Ecclesiæ iniuria deterrentur: Propterea de Iobo dixit Satan ad Deum: Tu uallasti eum:

Iob. 1. Nam uallo castra et milites ab hostium incursionibus illæsi conseruabantur, sicuti et sepe Vinea conseruatur.

* Septem etiam hos spiritus stantes ante thronum Dei, septem illos Angelos esse uolunt qui septem planetis præsunt, quorum nomina hæc esse dicunt Zaphchiel qui Saturno præest, Zadchiel Iovi, Camael Marti, Raphael Soli, Haniel Veneri, Michael Mercurio, Gabriel Lunæ. Quod et si non minus pie quam uerisimile sint, ~~contrarium~~ Nomina tamen Angelorum quæ in sacris libris uel apud sacros uiros non reperiuntur non libenter accipimus neque interpretanda sumimus. Satis contenti existentes quod in septenario uniuersitas et perfectio Angelorum designetur quibus omnis rerum cælestium terrestrium et infernorum administratio a Deo est commissa.

Septem

88 Septem Spiritus numero, Angelorum Vniuersitas et per-
fectio in sacris literis uenit: Hoc enim dierum numero omnia
completa et perfecta fuisse testatus est Moises: Compleuit, ait,
Gen. 2. Deus die septimo opus suum, quod patrarat: Dicitur etiam nu-
ibi merus septimus sacer et absolutorius: quod quies septima Dei
Leuit. 16 cultui sit emancipata, et septimo mense expiatio fieret delicto-
Deut. 15. rum: Anno uero septimo omnia in pristinum restituerentur
statum. Praeterea numerus septenarius Integritatis est Symbolum:
Nam in denario numero, ut obseruat Philo, septenarius nec ab
ullo numero gignitur, neq. ullum gignit numerum, sed intactus
relinquitur. Nam si numero binario uel trino uel etiam quater-
nione et quino ad decimum ascendas, semper septimum prae-
teribis intactum. Hoc itaq. numero septenario Vniuersitas An-
gelorum demonstratur: Vt idem sit illud Tobiae, quod dixit
Tob. 12. Raphael: Ego sum unus ex septem spiritibus: quod Ego sum
unus, ex numero Angelorum, qui coram Deo semper
assistimus. Eorum insuper annotatur perfecta et absoluta natura,
qua neq. gignat, neq. gignatur, neq. corruptioni ulli sit subiecta,
sed sit prorsus intacta: et tota Dei cultui dedicata. Illi in
Exo. 25. septem Lampadibus, quae erant in candelabro perpetuo ardentes
sunt adumbrati: Septem oculi super lapidem unum a
Zac. 3. Zacharia sunt appellati: et Cornua septem Agni: Vt eo nu-
mero omnes comprehendantur Angeli, eorumq. [illegible]
absoluta uirtus demonstretur. Idem significant septem [illegible]
Ap. 8 quib. datae sunt septem tubae apud Ioannem: Vt enim die septimo
requieuit Deus: ita Angeli omnes in perpetua sunt pace, et quiete, quae
nullo pacto perturbari potest: quia in illis quiescit Deus: et illi in Deo
quiescunt: quies ipsa: Propterea stare dicuntur coram Deo immobiles imper-
turbati: unde merito septenario numero sunt demonstrati. *

84 Seraphim uidit Isaias stantes in circuitu throni habentes alas
Isa. 6 sex: quarum duabus uelabant facies suas, duabus operiebant
pedes suos, duabus uero uolabant: neq aliud de illis, ut obseruat
D. Hieronymus, fit mentio. Ardentes autem seu incendentes
significant: quæ quia, ait D. Gregorius, ita Deo coniuncta sunt,
ut inter hæc et Deum nulli alij spiritus intersint, tanto magis
ardent, quanto hunc uicinius uident: Quorum profecto flamma
amor est: quia quo subtilius claritatem diuinitatis eius aspiciunt,
eo ualidius in eius amore flammescunt. Hæc ille. Alas interpre-
tatur D. Hieronymus, habere dicuntur propter uelocitatem, et in
cuncta discursum, siue quia semper in altioribus comorantur.
Psal. 103. Neq enim quod de uentis dicitur: Qui ambulat super pennas uen-
torum, uere uentos iuxta fabulas poetarum, et pictorum licen-
tiam, pennas habere testantur, sed celerem in cuncta discursum.
Hæc ille in comentarijs. Stabant autem et uolabant: quia etsi
ascendant et descendant, nunquam à scala discedunt: sed sem
uident faciem Dei: Duabus uelabant faciem non suam
inquit D. Hieronymus, sed Dei. Quis enim eius potest scire
principium? Sequitur: Et duabus uelabant pedes non suos, sed
Dei: Extrema siquidem eius scire quis potest? Priora annun-
Isa. 41 ciate mihi, et nouissima, quæ futura sunt: et dicam quia Dij
estis, ait Isaias. Et duabus uolabant: Media tantum cognoscimus
quæ ex scripturarum lectione nobis panduntur etc. Nos uero dua-
bus alis uel suam uel Dei faciem uelare eos dicimus: quia faciem
uident quidem semper, sed eam, uti est, minime assequuntur.
Angelorum enim diuinitatis essentia longe superat captum
omnium: propterea duabus uelant pedes uel Dei, uel suos: quia
primus et nouissimus, et nouissimus est: neq unquam satis com-

tendi potest: Duabus autem m[illegible]tur alis, altera in Deum, altera in subiectos et inferiores ordines et creaturas: quæ enim à Deo accipiunt, in alios infun[illegible]: propterea Incen[illegible] sunt appellati: quia [illegible] Charitate incensi alios ea[illegible] flama incendunt. Hoc autem illud est: Clamabant alter ad alterum: quia quod ipsi sunt, inuicem sibi co[m]municant: et nihil in [illegible] est disonum, nihil diuersum, sed omnes simul Trinitatem personarum confitentur dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus. Sex [illegible] alas habere dicuntur stantes coram Domin[o]: quia illi comparati imperfecti sunt: neq́ Deus sunt, sed creaturæ: quæ numero senario [illegible]: propterea Deum trina celebrant laud[e], et eum Deum exercituum idest, Angelorum solum absolutum et perfectum fatentur.

Supra templum autem stare uisi [sunt], quod diuini cultus amatissimi sint, et illi semper assistant: propterea [illegible] dum psalmos Deo decantaret, In conspectu [illegible] Angelorum psallam tibi: Ubi enim Dei laudes celebran[tur] Angelos adesse [non] est ambigendum. Stare etiam supra templum uisi sunt, quod Angeli templo sint maiores.

psal. 137.

De

89 Signaculum similitudinis Angelus ille praecipuus antequam
Ezec. 28 à Deo deficeret sub Tyri persona et nomine apud Ezechielem est appellatus, ut Origenes etiam interpretatur: Hebraice autem videtur sonare Tu signaculum summae, vel ponderis: seu Tu sigillas summam: quod sensu idem est, quod nostra habet editio Tu signacula similitudinis significat quippe Angelum quidem excellentissimum esse, at non Deum: esse quidem illum signaculum similitudinis Dei, at non ipsam Dei similitudinem quam non nisi Verbum filius habere ~~dicitur~~ potest: qui in omnibus et per omnia similis est patri: illi coaequalis, coaeternus et consubstantialis existens. Similitudinem itaque Dei idest filij non habuit qui solus non potest peccare, et à similitudine patris degenerare: quod in prima Angeli creatione non fuit illi concessum: cui signaculum, non autem similitudo Dei est concessa: Nam quod sigillatur, longe differt à similitudine sigilli: Angelus enim etsi Deo proximior sit, et in eo reluceat Dei diuinitas, id tamen pro similitudine fit, non autem secundum diuinam substantiam. Idem autem Hebraica verba significant: Nam sigillare summam et pondus, est quasi in sigillo et summatim rerum perfectionem comprehendere. Sigillum enim etsi signati quandam habeat similitudinem, non tamen signatum prout est comprehendit. Referunt quidem Angeli nobis Deum, sed non prout est in se ipso: sed ut ipsi illum capere possunt, qui Summa et pondus ipsum est, qui nulla alia summa et pondere comprehendi potest, aut ponderari. Tu itaque (dicit Dominus) plenus sapientia, et perfectus decore profectus in vijs tuis fuisti, at non Deus fuisti, sed quoddam potius similitudinis Dei signaculum: Quo non contentus superbus

Angelus

Angelus, ipsam Dei similitudinem abnegavit, dicens (apud Esaiam) Ero similis Altissimo: et cum inventa esset in illo tanta iniquitas, a felicissimo illo statu in aeternam miseriam est coniectus, similitudinis signaculum amittens. Quod tamen ita in bonis Angelis est confirmatum, ut nunquam postea deleri possit, et pro similitudine non autem substantia nobis Deum ipsum repraesentent. Signaculum autem similitudinis, non autem imaginis Dei, sicut homo, appellatur Angelus: quia Verbum, Dei similitudo et imago non Angelum (ut ait D. Paulus) sed hominem erat assumpturum, et hominis imaginem habiturum pro similitudine absque peccato. Propterea Angelum ad Dei similitudinem tantum, hominem vero etiam ad imaginem Dei creatum fuisse diserte testatur Scriptura. D. Gregorius, Notandum est, (inquit) quod non ad similitudinem Dei factus, sed signaculum similitudinis dicitur: ut quo in eo subtilior est natura, eo in illo imago Dei similius insinuetur expressa. Haec ille.

Heb. 2.

40 Spiritus plurium nomine appellati sunt Angeli: Qui facit
psal. 103. (inquit Propheta) Angelos suos Spiritus, idest uentos: nō
quidem quod illi uenti sint, qui ex terrae exalationibus
generantur, et à nubibus impelluntur, sed quia uenti habent
quandam cum Angelis similitudinem et effectus. Venti
spiritualis cuiusdam naturae sunt, sicut Angeli: Et sicut uenti ex
psal. 134. Dei thesauris (ut testatur Dauid) producti sunt: ita Angeli
ex Dei summa prouidentia creati sunt: et sicut ignotū
est omnibus quo loco aut quomodo uenti gignantur: ita nobis
nota est Angelorum generatio et creatio, licet eos fuisse
creatos nobis perspicuum sit. Nam de uenti generatione
Jo. 4 ad Nicodemum dixit Dominus: Ventus ubi uult spirat,
et uocem eius audis: sed nescis unde ueniat, aut quo uadat.
Venti autem uox est illius effectus, qui uidentur et sentiuntur
sed quomodo fiant penitus ignoratur: quia de secretis suis
eos produxit Deus. Angelorum quidem nos ministeria
uidemus, et experimur, sed ipsi penitus nobis sunt incogniti
et inuisibiles. Venti etiam sunt potentissimi: terram totā
et mare mouent, et (ut ait ille) coelum profundum uertunt,
et nemo illorum potentiae resistere potest. Spiritus (ait
Dominus) ubi uult spirat: Ita Angelorum uirtuti non
est qui resistat, sed quaecunque uolunt, re ipsa perficiunt.
Sicut autem uentus uocem habet, qua facile se sentire
faciat: ita et Angelus sine strepitu uerborum, Dei uolun-
tatem nobis inspirat, et uoce sua secreta, et insensibili nos
refrigerat: Et ut tandem spiritum emittentes, et trahentes

uiuimus

uiuimus: ita Angelorum ministerio haec nostra mortalis uita conser-
uatur et producitur.

Vento etiam comparantur Angeli propter eorum uelocitatem, subtilitatem
psal. 17 et insuperabilem potentiam: Propterea de illis Propheta dixit de Deo
loquens: Qui ambulat super pennas uentorum idest Angelorum: quorum
ministerio quam citius nobis adest Deus, et suam nobis manifestat uo-
luntatem: Propterea uox Heb. רוח quae spiritum sonat, pro
uoluntate et desiderio usurpatur in diuinis scripturis. Cum itaque Deus
per Angelos suos suam nobis manifestat uoluntatem, quod de nobis
habet, spiritus idest Dei uoluntas et desiderium appellantur:
Qui [illegible] sunt Angeli, Dei sunt uoluntas et desiderium:
unde Dei flatus, et uenti Dei sunt dicti: qui ipso uento sunt ue-
lociores, et potentiores, cum uel uno oculi ictu e caelo in terram,
et e terra in ~~terra in~~ caelum perueniant, et in caelo et in terra quaecumque
praestare ualeant.

87. Stellæ septem in dextera filij hominis in medio septem candelabrorum aureorum stantis, qui uisus est Joanni, uniuersam Angelorum multitudinem Dei filio assistentium et administrantem significant.
Ap. 1 Septem, ait, stellæ, septem Angeli Ecclesiarum sunt. Apud Judices
Jud. 5. etiam habetur, quod stellæ manentes in ordine suo de cœlo pugnauerunt pro populo Dei contra Sisaram. Quod certe de Angelis est accipiendum, quibus Dei populus est comendatus. Stellæ autem propterea sunt dicti manentes in æternitate, ut decernantur ab his, quæ è cœlo ceciderunt: et in ... à Dracone detractæ sunt: quæ fuerunt Angeli, qui in ueritate non steterunt: quam qui mordicus retinuerunt, Stellæ manentes sunt appellati: qui eo magis in ea stabiles et firmi facti sunt, quo stellis sunt præstantiores. Vtique Stellæ perpetuo fixæ manent in ~~firmamento~~ firmamento: ita Angeli perpetuo in ueritate radicati sunt. Et ut illæ à Deo creatæ sunt, ut bonos influxus super terram immittant: ita Angelis Deus mandauit, ut mortalibus bona omnia procurent. Et ut illæ perpetuo lucent, et noctu suam nobis impertiunt lucem: ita Angeli in se ipsis lucidi nobis ueritatis lucem ostendunt in hoc caliginoso loco: in quo cum non liceat solis lumen reuelata facie, ut in die, aspicere, illum nobis referunt. Nam cum Deus ut in se ipso est à nullo mortalium uel etiam imortalium uideri possit, in Angelis suis, quasi Sol in stellis, sese nobis manifestat: et per illos sua munera nobis impertit. De his Job, Neque stellæ, inquit, sunt mundæ in conspectu
Job. 25 eius: Angelos Deo comparatos immundos dixit. Absit autem ut existimemus stellas animatas esse, sed illis prælatos esse Angelos, qui eas moueant abre minime fuerit existimare: unde ipsis stellis

et

et stellæ Angeli sunt dicti. Ut enim illæ celi huius uisibilis et mundani sunt ornamentum: ita Angeli celi supramundani sunt ornamentum Dei maiestatem representantes, sicuti stellæ solis lumen representant.

In dextera autem Dei Angeli esse dicuntur, quod diuina quadam potentia et uirtute conseruentur, et eorum utatur ministerio ad bona quæq; peragenda, et celestia ac nunquam peritura mortalibus impertienda: Dextera, ait Propheta, Domini fecit uirtutem: Dextera

psal. 117. Domini exaltauit me. Cum itaq; facit uirtutem et exaltat iustos ab impijs oppressos, id facit opera suorum Angelorum, qui stellæ sunt in dextera eius. Dicuntur autem stellæ manentes in ordine suo, quod a beo innocentiæ statu non deciderint, in quo creati sunt, sed in eo mordicus persistiterint, locum suum non deserentes. Ut autem omnes stellæ indifferenter a sole illustrantur, licet aliæ alijs sint lucidiores: ita Angeli omnes a Deo illuminantur uel mediate, uel imediate, licet alij alijs sint in ordine superiores et certo quodammodo Deo proximiores. Sed parum refert quod quis imediate, et alius mediantibus uideat.

Vide Astra

32 **T**erribiles uidentur Angeli, quod ad eorum aspectum homines
Ap. 1 / Dan. 10 horrescant, et quasi mortui iaceant. Cum autem (scribit D. Joannes) uidissem eum, cecidi ad pedes eius uelut mortuus. Idem quoque Danieli contigisse legimus et vxoris Manue Sansonis matri: quae de Angelo marito retulit dicens: Vir
Iud. 13. Dei uenit ad me habens uultum Angelicum Terribilis nimis. Terribiles autem non propterea dicuntur Angeli, quod teteri aspectus sint et horridi: unde aspicientibus timor et tremor incutiatur, cum nihil his sit spectabilius et pulcrius: seu Terribiles dicuntur, quod ex illorum aspectu maxima Dei religio et timor in cordibus incutiatur: Ita siquidem illud
Gen. 28 Jacob est accipiendum, quando uigilans dixit. Terribilis est locus iste: Porta celi uocabitur, his uerbis significans quodam eo in loco Templum fore aedificandum, in quo Deus summa cum religione coleretur. Quando itaque Angeli facie et aspectu quandam diuinitatem praeseferant, et toto aspectu ad Dei cultum incitent atque inflament, Terribiles appellantur. Cur autem ex eorum aspectu uel sanctissimi homines cadant, a nostra imbecillitate proficiscitur: Vt enim nihil nostro aspectui, si sanus sit, Solis lumine gratius et iucundius offerri potest, si uero uitiosus sit, nihil illi est molestius: Ita nobis cum Angelis accidit: cum enim lippis et uitiatis per peccatum ~~Angelis~~ oculis Angelorum claritas et sanctitas offertur, illo[s] ferre nequaquam ualemus, sed perhorrescimus. Cogimur itaque coram illis cadere et nostram iniquitatem fateri.
Terribiles ergo sunt Sancti Angeli nobis non suo sed potius

nostro

nostra uitio. Siquidem et primis nostris parentibus Deus Terribilis post peccatum uisus est, cum tamen idem tunc esset, qualis ante fuisset: non enim mutatur Deus: sed idem est semper. sed quia Adam imutatus fuerat, et à Deo ad Diabolum serpentem antiquum defecerat, Deus quoq imutatus, ex placidissimo Terribilis factus ei uidebatur. Ita Angeli quamuis aspectu sint placidissimi, summo tamen terrori sunt Diabolo, et Angelis eius, quod eorum peccatum, et iniquitas tales eos sibi uideri faciat: illis enim etiam quæ iucundissima sunt et odiosa.
Cum itaq Angeli uel solo suo aspectu et præsentia, Dei quendam sanctum timorem in sanctorum animis ingenerent et Dæmonis terrori sint ob eorum sanctitatem, Terribiles appellantur: quamuis aspectus illorum et præsentia sit placidissima et iucundissima: quæ non concupiscentiam incitet, sed eam potius mortificet: Vnde factum est, ut qui eos aspexerint, facti sint uelut mortui.

De

93 Throni et Sedes Dei appellati sunt Angeli; de quibus scrips[it]

Psal. 79, 96 David: qui sedes super Cherubim. Dicuntur autem Angeli

Dei Sedes et Throni eadem ratione, qua caelum apud

Isa. 66 Isaiam Dei sedes appellatur. Absit autem a nobis ut arbitremur

Deum sede aliqua indigere, et super illam sedere, sed quia

Sedes maiestatis et potentiae est symbolum, cum illius tum

Maiestatem, tum Potentiam, et inprimis iudiciariam eius

facultatem significare volumus, illum sedere dicimus.

Et quia caeli potissimum Dei gloriam enarrant, et illius po[-]

tentiam, maiestatem et firmitudinem nobis indicant, super

caelos sedere dicitur: eosque Dei sedem et Thronum appellavit

Propheta. Quia vero per Angelos longe praestantius, quam

per caelos Deus suam nobis divinitatem, firmitudinem et pro[-]

videntiam manifestat, super illos tanquam super Thronum

suum eminentissimum, unde leges ferat, et iudicia sua

proferat, sedere dicitur. Thronus enim est ornatiss.a et eminen[s]

sedes Regis, ex qua leges promulgat, munera distribuit, et

quae maioris momenti sunt pertractat negocia. Caelum

quidem Deus et terram implet, neque ullus locus eo vacuus est,

sed in Angelis suis ut in loco eminentissimo est, non quidem

per substantiam, sed per naturae participationem: per substantia[m]

Heb. 1. enim in solo filio est: de quo scriptum est: Thronus tuus Deus.

Cum autem participatio et communio, quam cum Deo habent

Angeli, firma et stabilis sit et eminentissima, Dei Throni

appellantur, quod nullo unquam tempore ea sint privandi.

Hoc itaque Throni Dei nomine, Angelorum praestantia, firmi[-]

tudo et gloria declaratur aeterna et sempiterna. Ut autem

Throni

Throni ad Regum maiestatem declarandam constituuntur constituuntur et exornantur splendidiss.e: ita Angeli ad Dei honorem et gloriam sunt creati, et potioribus Dei muneribus exornati: et ut Reges e Throno leges et iudicia sua promulgavit, ita Deus per Angelos legem suam promulgavit, voluntatem manifestavit, iudicia pronunciavit, et quae maiores sunt negocij per illos pertractat

Throni quoque, inquit S. Gregorius, illa agmina sunt vocata quibus ad exercenda iudicia semper Deus omnipotens praesidet. Qui ... Thronos sedes Latino eloquio dicimus, Throni Dei dicti sunt hi, qui tanta divinitatis gratia replentur, ut in eis Dominus sedeat, et per eos sua iudicia decernat.

psal. 9 Unde per Psalmistam dicitur. Sedes super Thronum, qui iudicas aequitates: et paulo inferius idem, Thronos specialem beatorum spirituum ordinem diximus: et tamen

psal. 79 per psalmistam dicitur: Qui sedes super Cherubim etc. Sic quippe in illa summa civitat: specialia quaedam singulorum sunt, ut tamen sint communia omnium; et quod in se ex parte quisque habet, hoc in alio ordine totum possidet. Throni illa agmina, quibus conditor praesidet, vocantur, sed beatus esse quis potest, nisi creator suus eius menti praesideat? Quae ergo ex parte ab omnibus habentur, eis privato nomine data sunt, qui haec in munere acceperint. Cuncta ergo ibi singulorum sunt, quia per charitatem spiritus ab alio in alio habentur. Haec ille.

94 **Tuba et Vox** Dei dicuntur Angeli: propterea, D. Joannes
Ap. 8 uidet septem Angelos, septem tubas habentes: quo numero uni
uersa illa agmina celestia comprehenduntur: quibus omnibus
una et eadem sit uirtus et potestas: De his Dominus. Et
Matt. 24 / 1 Cor. 15 mittet Angelos suos cum tuba et uoce magna, et congre
gabunt electos eius: Canet enim tuba et mortui resurgent:
Quod autem per tubam et uocem, Angeli sint accipiendi, D.
1 Tess. 4 Paulus ad Tessalonicenses scribens docet: Quoniam Dominus
(ait ipse) in iussu et uoce Archangeli, et in tuba Dei descendet
de celo, et mortui qui in Christo sunt resurgent primi:
Dei itaque tuba et Vox Angeli sunt: quorum cum aperto et
manifesto utitur ministerio, quasi tuba canere et sensibili uoce
uti uidetur. Vt autem tuba utimur, ut Regis presentiam signi
ficemus, et populos ad illum suscipiendum excitemus: ita
Angelorum ministerio Christi aduentus propallabitur: et
omnes tam uiui quam mortui coram illo a quatuor celorum
partibus congregabuntur: idque in momento et in ictu oculi fiet
Vt enim tuba a somno excitandi uim habet: ita Angeli a
Deo habent, quo possint uno momento mortuos cum propriis
corporibus a mortis somno excitare, et illos coram iustiss.
Judice constituere.
Tubis autem comparantur Angeli: quia tuba nonnisi tibicinis
spiritu plena non canit, aut clangit: ita Angelus nonnisi
Dei spiritu plenus et afflatus mouetur et agit: ita ut Vox eius
Dei potius et spiritus sancti vox sit, et clangor, quam Ange
Quia itaque Dei sunt instrumenta uiua et efficaciss.ma ad faciendum
uerbum et uoluntatem eius, Dei Tubae, et Vox appellantur.

Ausin

psal. 28 Ausim dicere Davidem septem illis uocibus in psalmo, Afferte Domino filij dei contentis, Angelos, quos Dei filios appellat, universos intellexisse. Postquam enim illos deprecatus est ut honorem et gloriam afferant Domino, quasi id statim fecisset, subdit: Vox Domini super aquas: Vox Domini cum potentia: Vox Domini cum maiestate: Vox Domini confringens cedros Libani: Vox Domini excutit flammas ignis: Vox Domini concutit desertum: Vox Domini parturire facient ceruos: Et in templo eius omnes dicent gloriam: Dominus fortitudinem populo suo dabit: et benedicet populo suo in pace. His itaque septem uocibus, omnium Angelorum uirtutem et potentiam declarauit Propheta: quibus ipsius Dei maiestatem et potentiam manifestam faciet, cum impios quasi cedros exaltatos confringet, eos ad inferos perpetuis flammis comburendos amandans, et populo suo benedicens in pace: Illis quidem dicens, Ite maledicti in ignem aeternum: His uero Venite benedicti patris mei, et possidete Regnum, quod uobis paratum est a mundi constitutione etc. Quae omnia cum Angelorum opera explebit Deus, Vox et Tubae Dei dicuntur.

95 Ventus vide supra Spiritus

De

95 Vicini et Amici Dei et filij eius Redemptoris nostri

Iun. 15 dicti sunt Angeli, quoniam non solum cum illo habitant in coelis, et illi semper assistant, sed quia etsi nec possint ex divina substantia geniti, sicut est filius, proximiores tamen et viciniores illi facti sunt, quam caetera creaturae. quibus cum perpetua gratiis firma intercessit amicitia nullo unquam tempore intermissa, cum numquam in se susceptam amicitiam reliquerint, sed illaesam cum per innocentiam servaverint. Quo factum est ut ipsi soli veri Dei amici Vicini et Proximi sint appellati. Quod etsi non natura ut Deus per gratiam tamen et suam ipsorum electionem impeccabiles sint et virtutibus proxime accedant ad Deum. Cui tanto amoris et benevolentiae vinculo sunt copulati et devincti, ut ab eo divelli non possint. Unde Vicini et Amici quasi Vincti et Amecti Dei dicantur. Ipsi enim sunt etiam Vicini et Amici nostri, quod aliquam nobiscum cognationem habeant; et optime sciant nos a Deo fuisse creatos ut cum illis perpetuo felices vivamus. proinde nos uti amicos, quorum bona sunt communia, diligunt et suorum bonorum consortes fieri summopere optant. Qui etsi coram Deo assistant, non tamen longe a nobis distant: sed proximi et vicini nobis sunt, nos et nostra uti propria curantes. Quando, inquit Raphael Tobiae, orabas die ac nocte et sepeliebas mortuos, ego assistebam et offerebam preces tuas Domino. Assunt ita [illegible] nobis, quia Vicini sunt et Amici. Caetera vide supra Amici.

Videntes

93 ARIELES apud Esaiam appellantur Angeli, ubi dicitur.
Isa. 33 Ecce Arieles clamabunt foris, Angeli pacis amare flebunt. Pro quo autem nostra editio habet Videntes Hebraice est אראלם Arelam: Angelos sanctos significare volunt doctores Hebreorum ob eorum fortitudinem et multitudinem sic appellatos. Nam idem fere esse aiunt quod אריאל Ariel: quod Dei Leo sonat. Singulare autem pro plurali esse volunt, ut sit sensus, Angeli eorum foris clamabunt. Quod autem de Angelis intelligitur: quod sequitur declarat. Angeli pacis amare flebunt. Vocem autem nostri interpretes Videntes a verbo ראה quod est Vidit. Porro Aben Ezra Eoe de Hierusalem qua Ariel est appellata, quam cum Angeli viderent desolatam, amare flerent. Sed quicquid sit, Angeli, Videntes eos, appellantur: vel Videntes eis: ita Deus providentiam significat et eorum exactissimam scientiam et providentiam erga nos declarat. Videntes enim dicuntur, quia omnia, quae cognosci possunt in Deo cognoscunt: cuius faciem semper vident et contemplantur. Sunt Videntes nos, quia nos non aversantur et dedignantur, etsi pulvis et cinis simus. Sunt Videntes nobis: quia omnia bona caelestia et terrena nobis provident: propterea de illis subdit. Clamabunt: Clamor autem eorum est sine strepitu. Clamant autem cum a Deo suis orationibus nobis bona obtinent. Clamant foris, cum Diabolum et satellites illius virtute sua increpant, et ab iniurijs nostris eos propellunt.

Et quia summopere nobis in terris et inprimis in celis pacem illam cum Deo optant, si forte per peccatum illam perverti conspexerint amare lugent. Absit autem ut credamus Angelos vel dolere vel lacrimas emittere: Jam enim si facerent beati minime essent: sed illos amare flere dicimus, ut significemus nostra mala non placere Angelis, sed, si fas est dicere, potius illis summopere displicere, sine tamen ulla displicentiae aut doloris passione. Cum enim Angeli sint pacis, ea, quae illi contraria sunt, aversantur. Ut itaque significaret Propheta quam dolenda esset Hierusalem ruina, et populi exitium, Hiperbole utitur, demonstrans ruinam illam non solum Judaeis, sed Angelis pacis (si dicere fas est) esse lugubrem. Et in hunc sensum accipiendum esse arbitror, quod Joannes Chrisostomus et alii patres asserunt

Chris. de Asc. Dni.

Angelos ut nostris bonis laetari, in malis contristari: cum re vera tristitiam pati non possint, alioqui beati non essent.

Vide Ariel

Vindem:

94 Vindemiatores quemadmodum et Messores appellantur
Ap. 14 apud Joannem in Apocalipsi et significat in Christi aduentu ad iudicium non solum bonos et malos ex hominibus colligendos esse et bonos quasi triticum in Dei horreum esse reponendos, malos uero tanquam zizania et paleas inextinguibili igne concremandos: sed Angelos quoque malos tanquam botros uindemiandos et in lacum iræ Dei perpetuo conculcandos esse: ut penas dent omnium suorum delictorum, quæ spatio sex millium annorum, ex quo creati fuerunt usque ad iudicium et mundi finem pertinentium admiserint, et ut alij admitterentur curauerint.

Quod autem Diabolus et Angeli eius in stagnum et lacum iræ Dei [illegible] perpetuo conculcandus Christus declarauit cum se Impijs dicturum esse doceat: Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est Diabolo et Angelis eius. Id autem cum ministerio Angelorum sit faciendum, non Messores sed Vindemiatores sunt appellati, qui botros uineæ terræ, idest Diabolicos spiritus et homines sunt de Christi Regno excisuri et ad tartarum detrasuri, ut ibi perpetuas suæ perfidiæ penas dent. Vua eorum uua felis, et botrus amarissimus: propterea è terra uiuentium penitus eradicabuntur, Angelorum falce [illegible] uirtute nempe efficacissima: ut qui nunc botri uino pleni uidentur, mox conculcati iaceant miseri et uacui. Vindemiatores præterea dicuntur Angeli, quod uineæ Domini, quæ est Ecclesia, curam gerant, ut ex ea botros uindemiant, ex quibus exprimatur uinum Deo et hominibus gratissimum. Botri autem huius uineæ iusti et sancti sunt, qui in Ecclesia reperiuntur, bonorum operum et sanctarum actionum uinum propinantes, qui statuto tempore ab Angelis suscipientur, ut in torculari æternæ felicitatis ab Angelis deferantur.

99 Vigiles dicti sunt Angeli apud Danielem: Et ecce, ait, vigil et
Dan. 4 sanctus de celo descendit, clamauitq fortiter, et sic ait etc.
Est autem Heb. עיר idem et Chald. Significat, inquit D. Hiero-
nymus, Angelos quod semper uigilent: et ad Dei imperium sint
parati, etc. Et paulo post. Denique in consequentibus legimus:
In sententia vigilum, hoc est, Angelorum decretum et sermo
sanctorum et petitio. Hebraicam vero vocem עיר Ir ad
vocem Græcam alludere ἶριν Irim dicit: quæ per multicolo-
rem arcum descendere dicitur. Hæc ille. Hebræi vero Ange-
lum vigilem esse tradunt, qui excubias faciens suo clamore
alios a somno excitet. Euigilare itaq dicitur, quod sit in somnis
neq dormiat aut dormitet aliquando, sed perpetuo uigilet et
nos clamando interius et exterius excitet, ne incauti et oscitan-
tes ab hostibus opprimamur, illud auribus cordis occinentes:
Exurge qui dormis et illuminabit te Christus: et rursus: Sobrij
estote et uigilate: quia aduersarius vester Diabolus circuit, quæ-
rens quem deuoret: cui resistite fortes in fide etc. Vigiles ergo
dicuntur, et quod semper ad nostram salutem inuigilent: et nos
uigilantes faciant, et a negligentiæ somno excitantes. Nam cum
hostes habeamus dæmones, qui nullo unquam capiantur somno
sed perpetuo ad nostram inuigilent perniciem, æquum erat, ut
vigiles etiam haberemus perpetuos, qui pro nobis dormientibus
excubias facerent, et hostes clamando perterrefacerent, et præser
Id enim ni faciant Angeli, statim omnes in hostium potestatem et
prædam deueniemus: Sed quando illos habeamus vigiles ab
hostibus nobis non est timendum.

Quod uero D. Hieronymus obseruat Hebraicam vocem עיר Ir
ad Græcam alludere, quam Latini Irim app[...]ant, Arcus in
nubibus

nubibus apparens est: quem Propheta in circuitu Throni Dei vidit quo multitudo et diversitas Angelorum est adumbrata: sicut arcus ille ex [illegible] est multi et diversi coloris: qui et a Deo datus est hominibus in signum divinae clementiae, qua nos perire noluit: ita Angeli nobis dati sunt in custodiam ne ab hostibus opprimeremur, et divinae erga nos clementiae sint internuncii. Nam etiam poetae finxerunt Irim Deorum ad homines Nunciam esse. [illegible] Irim de Coelo misit Saturnia Juno. Est itaque Angelus Iris divinae clementiae Nuncius. Sicut Arcus praenunciat nos generali aquarum illuvione perituros non esse. Ex multis quidem et prope infinitis rebus Dei erga nos benevolentiam videmus et experimur, sed inter maxima et apertissima illius argumenta, quod nobis Angeli ~~idem~~ invisibiles et Custodes dederit, praecipue est. Unde merito Iris et Arcus caelestis nomine nobis veniunt [illegible] ille sit certissimum divinae benevolentiae indicium, et argumentum.

106 Viri nomine Heb. איש Is Angeli et in libris Moisis et apud Iudices Danielem et Tobiam sunt appellati: propterea quod non solum sub viri forma uisi sunt patribus, sed in ea viri munia exercerint loquentes, edentes, bibentes, sedentes, stantes et ambulantes, ac pedes suos de nostri more lauantes. In qua nimirum maxima sanctorum spirituum benignitas demonstratur qui nomen nostrum et nostra omnia nō sunt dedignati, et aspernati. Quod nomen etsi proprium hominis sit, Angelorū tamen etiam naturam et praestantiam declarat. Venit enim nomen hoc איש ab אש quod est ignis: et in hoc tantum differunt quod nomen איש habet literam Iod mediam: אש uero idest ignis est sine Iod. Porro Iod et quod sit punctus, a quo omnes lineae deriuantur, et quod sit numero decimus Deum significat: ut uel homo uel Angelus, in quo sit Deus, diuinus iure appellatur, diuinae naturae consors et particeps: Qui uero sine illo sit, siue Angelus siue homo nihil aliud sit quam ignis, et igne dignus. Hoc nomine appellatus est Adam, antequam peccaret et uitam celibem cum uxore Eua duceret quod hoc nomine naturam penitus celestem diuinam et a corruptione alienam, omniq. praestanti uirtute praeditam significet: quae sit ignis, in quo sit Deus: qui etsi ardeat, non tamen consumet, sicut in rubo ardebat, neq. tamen consumebat. Sunt itaq. Angeli viri, in quibus est Deus ardens charitate et lucens ueritate, calefaciens et illuminans corda hominum. Ignis Integritatis, Castitatis, et Virginitatis hieroglyphicum est: quia sicut ex igne nihil nascitur, sed Virgo dicitur: ita et Angeli Virgines sunt, et Virgineam uitam in caelis ducunt. Nam etiam apud Romanam superstitionem Vestae Virgines ignem inextinctum seruare tenebantur: ut scirent

virg.

[illegible] sit [illegible]. Propterea se Dominus nos in [illegible] similes Angelis dixit, qui [illegible] traduntur. Nomen itaque viri et eorum praestantissimam naturam, [illegible] qua sit [illegible], et virtutem insuperabilem cum Virginitate con[illegible] nobis, eorumque erga [illegible] ardentissimam Charitatem significat. Vir[illegible] a viribus venit, quod quivis sit, viribus polleat. [illegible] omnipotentiam et virtutem tum in naturalibus, tum in supranaturalibus repraesentat, Virtutes appellantur.

101 Virgines vide supra Viri et Sexum

192 Virtutes Angelos esse volunt, per quos Deus miracula et prodigia operatur: ad quae peragenda cum divina et supernaturali opus sit virtute, ea illi, qui ea operantur, nomen Virtutum sunt assecuti. Sed quia ex D. Gregorii sententia etsi diversi sint spirituum sanctorum ordines, et a alio nomine censeatur, nihil tamen apud illos ita singulare est, ut cete ris quoq. non sit comune, etiam hoc virtutum nomen ad Angelos omnes transferri potest; sicuti Propheta facit cum dicit: Laudate eum omnes virtutes eius: et iterum: Laudate eum in virtutibus eius. [illegible] omnes Angeli eius. Quorum omnium Deum appellat Dominum et Regem: Rex fortis virtutum Dominus: et iterum. Domine Deus virtutum. Et sic doceat: Quicquid virium et virtutum habeant, Angeli id Deo acceptum referendum esse, qui est bonus et Dominus virtutum, sine quo nihil est validum, nihil sanctum. [illegible] non solum ob miracula et prodigia ab illis perpetrata summa cum virtute, sed quod simul omnes habeant virtutes. Nam etiam Demones et homines Demoniaci miracula ingentia factitarunt, et [illegible] [illegible] sunt: At non propterea Virtutes sunt appellandi, cum pessimi sint et malis animis ea perpetrent, non ut virtutes [illegible] vitia hominis stabiliant, ut fidem vitient charitatem et pacem [illegible] veritatem [illegible], et mendacium disseminent. Angeli vero cum mira faciant, ut fidem stabiliant, veritatem acceptam confirment, et [illegible] tes omnes nos doceant, Virtutes sunt appellati: In illis enim nihil doli, nihil vitii esse potest, sed quicquid sunt totum virtutis sunt, quicquid cogitant, quicquid loquuntur, quicquid agunt, totum est cum virtute coniunctum, et ad virtutis augmentum facit. Sunt enim in illis omnibus virtutes omnes in eo summo gradu, qui in creatura esse potest: ita ut nihil eis desiderari possit in ulla gratia: Quorum omnium absoluta perfectio hoc uno nomine virtutis declaratur.

Sun

[illegible]

sunt enim [illegible] ipsa, qui omnia in Domino et cum Domino [illegible] esse [illegible]. Hoc autem nomen etsi commune sit omnibus Angelis, ad eos tamen in primis spectat, quibus [illegible] quia [illegible]

103 Vox Dei vide Tubæ

104 Uriel apud Hebræos est Angelus, qui [illegible] est [illegible] lux seu flamma vel ignis Dei. ~~[illegible] illuminationi~~ Est enim Hebr. אוריאל. et significat quicquid sit Angelus non natura, sed participatione esse, neque enim ille absolute lux est aut ignis materialis, sicuti lux solis aut lucernæ ignis, sed lux Dei et ignis, non qualis de Deo dicitur Ego sum lux mundi et Deus ignis consumens, quia non est Deus, sed Dei participatione et imitatione. Est itaque Angelus Lux et ignis Dei, quia illuminat et accendit, ut illuminet ~~tenebras~~ mentis mentes et vas divino accendat et inflammet amore veræ divinitatis, lucis enim proprium est tenebras depellere et illustrare, ignis vero frigus depellere ac calorem inducere. Ita Angeli Dei peculiare est ignorantiæ tenebras pellere et mentes illustrare ac divinæ veri amoris animos inflammare. Unde apte Uriel appellatur. ~~[illegible]~~ ~~[illegible] Ignis Lux et flamma~~ i. Ignis Dei. Nam quemadmodum cor

di [illegible] quam [illegible] proscriptum [illegible] in illis loquentibus [illegible] [illegible]
denis [illegible]. Ita loquitur [illegible] Angelis exarchis [illegible]
[illegible] data [illegible] sicut igne, [illegible]
magis Angelis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible]
significare ergo in Angelis nihil [illegible] nihil [illegible]
opacum esse, nihil immundum aut pollutum recipere, sed semper
[illegible] lucentes et ardentes esse, et peccati tenebras fugientes
et calorem spiritus renovent, assumit quod vitiorum est et virtutes
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
igne [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], neque [illegible]
ita [illegible] Angelos [illegible] et futurae vitae commoda omnia [illegible].
[illegible] [illegible] Ignis Flamma et Lux [illegible]

Appendix ad superiora

Haec sunt nomina Angelorum quae ex [illegible] scripturis excerpta sunt vel
a patribus sanctissimis illis attribuuntur, Nec ignoramus alia quoque
[illegible] confictum ab Hebreis, ut puta Samael, Oriphiel, Zacha-
riel, Zaphchiel, Zadkiel, Camael, Haniel, Zamael.
quorum primum Samael eum esse volunt qui in Adam regnet
Oriphiel qui luci praesit, Zachariel qui [illegible] a deo condita
Zaphchiel sit Angelus qui Saturnus, Zadkiel qui Jupiter,
Camael qui Mars, Hanael qui Venus Zamael qui Mercurius
a gentium superstitione sunt appellati, cum qui stellis praesint Angelos
non autem homines esse sit credendum, Quibus omnibus dei, quod
est El, nomen propterea addiderunt ut significarent in ipsis
Angelis deum esse [illegible] agnoscendum et adorandum. Quorum
Zelum et [illegible] laudamus, temeritatem tamen improbamus, cum neque
a deo neque Angelis alia sint attribuenda nomina quam quae auctoritas

diuinarũ scripturarũ attribuuntur. propter quod ab ipsis Hebreis superiora omnia
fuerint custodita a nobis permissa sunt. Barbara uero quedam Angelorum
nomina a prestigiosis christianis conformata quibus dum Angelos e celo
euocare student demones ab inferis excitant nec sua prauitate proximos
damnamus et ex omni memoria abolenda censemus. Nam per illa nomi-
neque honorem Angelorum gloriam honorem et uirtutem sibi usurpare contendunt
ut specioso huiusmodi opperculo venenum suum propinent hominibus. seque ali-
ranis tamquam bonos Angelos simplicibus ingerunt. sunt enim spiritus illi superbissimi
ut supra in eorum attributis diximus, ~~dicti~~ permaximi ut sibi dei cultus exhi-
beatur, et maiorem Angelorum honos et laus sibi attribuatur. contra uero
boni Angeli faciunt non sua sed dei solius gloriam honorem et laudem querentes
et spectantes. Apud Origenem contra Celsum, Impius ille secundum suam
Michaelem, Surielem nominat, quasi in animi speciem sit figu-
ratus, sicuti Michaelem Leonis Gabrielem Aquile Raphaelem
uero draconis figuram habere dicebat. sed cum demones
potius essent quam Angeli quorum nomina sibi mendose usurpa-
bant, nobis iter bonos Angelos non sunt recensendi sed inter
demones connumerandi, de illis itaque in Appendice agemus dicemus.

De Dæmonijs in genere.

Malos spiritus et Angelos esse philosophorum optimi Platonici et Stoici censuerunt, Poetarum celeberrimus Virgilius sub Harpyiarum figura descripsit: diuinæ scripturæ testantur: et res ipsa docet. Omnes siquidem gentium Deos Dæmonia esse dixit Dauid: qui etiam a Saule Cytharam pulsando spiritum malum, quo corripiebatur, abigere consueuerat. Qui propterea malus appellatur, quod suo uitio ita malus sit, ut nihil sit aut esse possit, quam ipsum malum, et omnium malorum author fons et origo. Dixi autem uitio suo esse malum, quia malus non est factus: quia uidit Deus cuncta, quæ fecerat, et erant ualde bona. Qui ergo a Deo cum cæteris Angelis bonus creatus est, suo uitio se ipsum malum fecit, ab illa innocentia, in qua creatus est, in impietatem lapsus: in qua ita confirmatus est, ut conuersionis et penitentiæ locus illi relictus non sit. Ea enim conditione Angelica natura a Deo creata est, ut uel in bono uel in malo esset perpetua et firma, ad quod se se applicaret in primo illo instanti suæ creationis. Qui in ueritate et in innocentia steterunt, in eadem Dei munere sunt confirmati: qui uero ab illa in peccatum cecidere, in eo suo ipsorum uitio ita confirmati sunt, ut boni nunquam esse possint. Quod autem fuerit malorum spirituum peccatum, etsi a Moise aperte satis non fuerit expressum, ex eo tamen cognosci potest, quod ~~cum~~ patribus illis primis machinatus est, ut eos in eandem suam traherent miseriam, Deum aarum fidelem et mendacem, uel etiam inuidum esse

Pherecides dæmonum lapsum describit, ophin serpentem caput illorum et antesignanum appellans. Empedocles ea habet apud plutarcum, Trimegistus in pimandro dæmonum lapsum ruinam describit.

eosq ad eius diuinitatem affectandam incitans, sicuti ipse fecerat similis
Altissimo (ut habetur apud Isaiam) esse affectans. Quia [illegible]
nullum peccatum eo uno sit detestabilius, merito ab illa [illegible]
felicitate in summam et perpetuam miseriam est conuersus.
Propterea de illo Dominus, uidebam, inquit, Sathanam tan-
quam fulgur de celo cadentem. Relegati autem sunt in ea aeris
parte media caliginosissima et horridissima, mox in inferno
perpetuis flammis cum peccatoribus terrae cruciandi. Potentiss.
sunt ad omnia et quaecunq mala perpetranda: neq (ut ait Iob)
est potestas super terram, quae comparetur ei: qui si sibi per-
mittantur uel uno momento omnia perdere et ad nihilum redi-
gere possint: idq quam libentissime facerent. sed Deus ministerio
bonorum Angelorum, eorum frangit et minuit potentiam,
et [illegible] illam fraenat: neq possunt nisi quantum, et quod a Deo
sibi est permissum. Ita uidere licet in historia Iob. Sunt uero
[illegible]issimi, mendacissimi, et ut [illegible] diuini honores et cultus
amantissimi. Propterea tanquam Dij coli se cupiunt. Qui
etsi spiritus sint, et spiritualis substantia, specie tamen horribili
et tetra [illegible] sunt, etsi quandoq formam Angeli lucis (ut incautos
fallant) praeseferant: quos demum Virgilius sub hac describit
forma. Triste haud illis monstrum: Nec saeuior ulla pestis:
et ira Deorum sese extulit undis: Virginei uolucrum uultus:
foedissima uentris ingluuies: Uncaeq manus et pallida semper
ora fame. Cum quibus [illegible] ne uiuere quidem est, sed per-
petuae morti amandari, et infra mortuos esse. Porro quatuor
esse genera Daemonum Psellus et alij Platonem sectati ~~e~~
commentati sunt: alia quidem terrea, aquea alia, alia aerea,
alia uero ignea esse dicentes: quae per quatuor humores morta-
bus sunt infensa: Terrea per carnem; Aquea per pituitam: Aerea
per

per bilem: Ignea per sanguinem ~~ci~~ ... aduersari, ac mala suggerere.
Alia etiam esse volunt Orientalia, alia Meridionalia, Occidentalia, et Aquilonaria: et alia alijs esse nequiora: interque Incubi et Succubi numerantur, non quod his vis generandi sit, sed quod sensus deludant, et modo masculi modo fœminæ personam agere videantur. Quod vero contra obijciur, filios Dei ex filiabus hominum genuisse, ~~se~~ non de Dæmonijs sed de filijs Seth est accipiendum: qui ob religionem et cultum unius Dei servatum, filij Dei vocabantur. Quicquid autem de his sit, illud pro certo est habendum omnes Dæmones malos, et Dei ac hominum hostes esse implacabiles et acerrimos. De hoc S. Aug. sic admonet ad Iulianum comitem scribens ~~Sed quia plura verba de his ... sunt, cum~~ Diabolus (inquit) est Angelus per superbiam separatus a Deo, qui in veritate non stetit ~~eorum tum nomina, tum attributa explicabimus, quae de~~ et pater mendacij, qui a se ipso primo deceptus et mendacia, ipse est adversarius ~~illis in genere diximus sufficiant.~~

aemulus generis nostri, inventor mortis, superbiæ institutor, radix malitiæ, scelerum

N~~omina autem Dæmonum et eorum attributa, quae tot nosi~~ caput, princeps omnium vitiorum, persuasor turpium voluptatum.
~~occurrunt et ... et attributa Angelorum~~, nempe
[illegible] in sermonibus communibus. Qui prauius! Quam maliginus! Quam
~~... agitur, ...~~
adversarius noster nequam! Qui posuit in cœlo bellum, in paradiso fraudem, odium inter primos fratres, et in omni opere nostro Zizania seminavit. Nam in comestione posuit gulam, in generatione luxuriam, in exercitatione ignaviam, in conversatione invidiam, in gubernatione avaritiam, in correctione iram, in prælatura superbiam. In corde ponit cogitationes malas, in ore locutiones falsas, in membris operationes iniquas, in vigilia movet ad prava opera, in dormiendo ad somnia turpia, lætos movet ad dissolutionem, tristes ad desperationem, sed ut breviter loquar, omnia mundi mala sunt ipsius pravitate commissa. Hæc ille. ~~Sed quia plura velint de Dæmonijs dicenda sunt, eorum nomina singillatim explicabimus, si ... fuerunt.~~

Tertullianus in Apologetico adversus gentes diaboli ingenium artesque petitas expressit luculentius, Omnis (inquit) operatio dæmonum, et Angelorum morbi sic malitiæ spiritalis a primordio auspicata est, in hominis exitium,

~~Demonum Nomina que explicanda suscepimus sunt hec.~~

Itaque corporibus dolorem et valitudines infligunt, et aliquos casus acerbos,

animae vero et repentinos et extraordinarios per vim excessus, suppetit

illis ad utramque substantiam hominis ledendi, subtilitas et tenuitas sua

multum spiritalibus viribus, licet et invisibiles et insensibiles, in effectu

potius quam in actu suo appareant, si poma, si fruges, nescio quae

aura latens vitium in flore precipitat, in germine exanimat, in pubertate

convulnerat, si ceca ratione temptatus aer, pestilentes haustus suos

effundit, eadem igitur obscuritate contagionis aspiratio Demonum et Ange-

lorum mentis quoque corruptelas agit furoribus et amentiis, fedis ac sevis

libidinibus cum erroribus variis, quorum iste potissimus, quod deos istos

captis et circumscriptis hominum mentibus commendat, ut et sibi pabula

propria nidoris et sanguinis procuret, simulacris et imaginibus oblata

et quae illi accuratior pascua est, quam hominem a cogitatu vere

divinitatis avertere prestigiis falsis, quas et ipsas quomodo operentur

expediam. Omnis spiritus ales est. Hoc Angeli et Demones. Igitur momento

ubique sunt, totus orbis illis unus est locus, quid ubique geratur, tam

facile ~~enunciant~~ sciunt quam enunciant et eos ~~[illegible]~~

~~[illegible]~~

~~explicabimus [illegible]~~. Satis nota aperte Demonum ab Angelis dis[tinctio]

loquitur Iamblichus de mysteriis. Dii (inquit) Angeli Demones boni, non

apparent phantastico modo, sed proprie presentes et vere. At spiritus mali

phantastico fallacique simulant deorum presentiam, Demonumque bonorum,

iccirco ut alliciant eos ad iniusta, ut ipsi videantur boni, sunt enim

dii. Quoniam vero natura sunt mali, rogati mala inferre, libenter

inferunt, atque nos ad iniusta ... Hi sunt omnino qui in om-

nibus mentiuntur et fallunt et turpia consulunt atque perurgent etc.

Ceterum de Demonibus ~~quae~~ supra in Angelis genere ratim, et in sequentibus,

Demonum nominibus singillatim, ~~[illegible]~~

Demonum Nomina et Attributa in hoc volumine contenta et explicata

Abedon
Abersus
Accusator
Adversarius
Amalec
Anamalec
Angelus
Aper
Apostata
Aquilo
Ardamelec
Ariel
Armatus
Asimha
Aspis
Asmodeus
Astaroth
Astarot
Aucupes
Aves
Baal
Basiliscus
Belzebub
Belphegor
Beemot
Belial
Bestia

Callidior
Camos
Cetus
Cherub
Coluber
Corruptor
Corvus
Crudelis
Demon
Dagon
Deus
Diabolus
Draco
Eques, Equi
Ericius
Erodion
Exactor
Excisio
Exterminator
Faber
Fauni
Filius aurore
Finis
Fortis
Fur
Fulgur
Gigas
Homicida

Horribilis
Incubi et Succubi
Illusor
Immundus
Impius
Invidus
Inimicus
Lamie
Latro
Legio
Leo Leopardus
Leviatan
Lucifer
Lupus
Maledictus
Malleus
Malignus
Malus
Mamon
Mendax
Milvi
Milvus
Minister
Miles
Moloc
Mors
Mulier
Muscę
Negotium
Nergel
Nequam
Nibhaz
Nisroc

unocucurrius
unocrotalus
pater
perdix
perditio
pestis
pilosus
potestates
predator
primogenitus
princeps
principiũ
publicanus
pyto
Recures
Regulus
Rex
Rimon

Sadim
Samael
Satan
Satyri
Serpens
Signaculũ
Socoth
Spiritus dni, vertiginis, Fornicationis,
Temtator
Tenebre
Tortor
Vastator
Ventus
ultor
ulula
Volatile
Zabulon

1 **Abadon** Impiorum et Haereticorum Dominum, qui perditissimam
Ap. 9 locustarum nomine exeunt ex abissi fumo prodeuntium Regem
Diabolum Angelum abissi appellauit D. Joannes in Apocalipsi:
et exterminans interpretatus est: et à radice אבד perire: cuius
nomen אבדה seu אבדן perditionem significat: ex qua nihil
salutis, et boni sperari possit, cum illius proprium sit omnia perdere
et exterminare. Propterea Dauid de Vinea: Exterminauit,
Psal. 79 inquit, eam Aper de Sylua. Hic enim illi comparatum habet
omnia perdere et exterminare cupiat, et studeat; qui si sibi permittatur,
neq diuina uirtute et bonorum Angelorum custodia non coerceatur, illico
omnia possit perdere, et in antiquum chaos redigere: a quo et per
quem omnia, quae fiunt mala in genere et in specie ortum habent
1 Cor. 10 et exitum. Idcirco à D. Paulo Exterminator est appellatus,
qui tot hominum millia uno temporis instanti in Aegypto intere-
merit. Cui cum perditus esset, in suam ipsius perniciem tot Angelorum
miriades pertraxit, primos illos nostros auctores cum ipsa na-
tura perdidit, et ipsum etiam Dei filium perdere studuit: sed cona-
tus illius irriti facti sunt. Nam cum ipsum perdere et exterminare
tentaret, ab ipso perditus et exterminatus est: ita ut Exterminato-
ris exterminium ille fuerit: Nunc, ait ille, Princeps huius mundi
Io. 12 eiicietur foras; ut in illum credentes ultra extra Dei Regnum exter-
minare nequeat, si se ipsos intra illius limites continuerit. Et
praeceptum est, inquit D. Joannes, ne Abadon locustae laede-
rent foenum terrae: neq omne uiride, neq omnem arborem,
nisi tantum homines, qui non habent signum Dei in frontibus

suis: et dictum est eis ne occiderent eos, sed ut cruciarentur mensibus
quinque. Qui quidem menses quinque sunt ultimi sexti millenarii dies: quibus sublato Antichristus in Ecclesiam, qui in damnationem
Domini in interitum labitur, et cum Diabolo exterminatore
apud inferos perpetuis flammis cruciandus est, ut iam
amplius nocere, exterminare, et perdere non valeant. Nam neque
Ex. 12. Angelus ille exterminator Aegypti, ausus est limites sanguine Agni
~~illitos~~ illinitos ingredi, sed illos illaesos praeterit. Nam qui crediderunt
in Agnum, non veniunt in iudicium, sed a morte ad vitam transierunt: si praesertim finem operibus comprobaverint. Ut enim
Diaboli proprium est perdere: ita Christi proprium est servare:
Unde non frustra Salvatoris nomen est adeptus: et ipse ad
salvandum est valentior, quam Abadon ad perdendum.

Eccl. 39. ~~Vide Finis~~ Dicitur Ecclesiasticus, sunt (inquit) spiritus, qui ad vindictam creati sunt, et in furore suo confirmaverunt tormenta sua. unde etiam ab eo forte Abadon i. perditio sunt appellati. vide Finis

2 Abortus vide Gigas

3 Accusator fratrum nostrorum magna voce apud Ioannem
Apoc. 12 in Apocalipsi proclamatus est Diabolus, Serpens ille antiquus:
qui accusabat eos ante conspectum Dei nostri die ac nocte. Omnium
quidem est ille accusator, sed fratrum praesertim: qui sunt Sancti
Dei electi, Angelorum fratres appellati, quod vere Angeli in
terris sint, illis simillimi in coelis futuri. Horum potissimum
est ille accusator, non autem perditorum, qui, nullo accusante, in
suis peccatis damnandi sunt. Accusat itaque Dei electos et iustos,
si qua ratione eos perdere queat. Accusat autem eos coram Deo
die ac nocte, idest semper et perpetuis accusationibus eos cri-
minatur, in prosperis, et in adversis: in eis reperiens quod
damnet; coram Deo eos constituens, et quae perpetraverint
peccata eis proponens, et reos aeternae irae eos convincere studens:
ut hac ratione in desperationem eos adigat, et de Dei [illegible]
misericordia diffidentes faciat, secumque in aeternam damnationem
trahat. Tunc ergo coram Deo Sanctos accusat, cum illos ob
sua peccata, quae coram Deo perpetraverint, in Dei diffidentiam et
desperationem conijcere pertentat. Quod facile consequeretur, nisi
Dei benignitate et bonorum Angelorum [illegible], et virtute defen-
derentur, illiusque temeritas retunderetur. Reiicitur autem et
refellitur Diabolus tanquam accusator illegitimus, utpote qui sit
[illegible], excommunicatus, infamis et damnatus, ac eorundem
peccatorum correus, quorum Sanctos insimulat: quid non
accusat iustitiae gratia, sed calumniandi studio. Et illos audeat
Rom. 8 accusare, quos Deus iustificat: Quis enim (inquit D. Paulus)
accusabit adversus electos Dei? Deus est, qui iustificat, quis est

qui condemnet. Quod si accusandi sunt, non a Diabolo accusari possunt: quod ~~minimus~~ minus legitimus sit accusator: Nam si ipsi

Prov. 18 se prius, ut ait Sapiens accusant: Iustus, ait, in primis est accusator sui, a Deo excusatur, a Christo defenditur: Ego inquit

psal. 31 Propheta, confitebor aduersum me iniquitatem meam: et tu remisisti iniquitatem peccati mei: hac accusatione, Diaboli accusatio tollitur. Cum itaque nos coram Deo tradit: et multorum criminum reos nos insimulatur, ut spem salutis nobis adimat, accusemus nos ipsos eorumdem criminum, veniae spem retinentes: et statim Draco proijcietur, et uictus recedet a nobis. Fidelis enim est Deus, qui, si peccata fateamur, et nos accusauerimus, ~~et~~ ea remittat et nos iustificet. Accusat etiam electos coram hominibus eos falsis criminibus onerans, ut illis minus fidei adhibeatur, et de medio tollantur: Accusat autem eos per falsos delatores et testes, qui Diaboli satellites sunt. Vide infra Diabolus

4 Aduersarius noster a D. Petro Diabolus appellatur: eo quod Deum
1 Pet. 5. non timeat, et omnibus aduersetur: Idem autem Heb. est Satan:
quod cum Samec et cum Sin scribitur: et Chaldaeus uertit
[illegible]: quod etsi quid significet non satis constet, a uerbo tamen [illegible]
chata, quod peccare sonat, uenire facile crediderim: ut significet Satanam
iustitiæ aduersari, et peccato fauere. Et sicut de Antichristo a D. Paulo
2. Thes. 2. ~~[illegible]~~ dicitur, aduersari et extolli supra omne: quod dicitur
Deus, idem de Satan. Ut enim lux et tenebræ sibi inuicem
aduersantur: nec ulla est inter eas conuentio: ita Diabolus Deo
Christo Angelis et hominibus, adhuc et sibi ipsi aduersatur, et
est contrarius: ita ut quoad ipsum non solum Angelos et homines:
sed adhuc et ipsum Deum cum omnibus operibus suis destruere,
et ad nihilum redigere cupiat: contraria enim contrariis natura
tolluntur: Quid enim magis contrarium quam malum bono?
Bonus est Deus, Malus autem Diabolus: Quia [illegible],
si Diabolus est Deo Angelis et bonis uiris aduersarius. Contra
Eccl. 33 uitam [illegible] Sacr[illegible] mors: et contra uirum iustum peccator:
qui certe in primis est peccati auctor Diabolus. Quod autem
Psal. 74 Diabolus sit Deo aduersarius, docet Proph[illegible]: Usque quo
ait Deus exprobrabit inimicus, blasphemabit Aduersarius
nomen suum? Est autem aduersarius, quod animo ini[illegible]
et hostili in Dei nomen inuehitur, Illud utinam blasphemas.
Non se talem se erga Deum, et primum hominem declarauit.
Deum mendacij et inuidentiæ nota diffamans dicens: Nequaquam
Gen. 3. moriemini, sed eritis sicut Dei, scientes bonum et malum?

ut hac sua blasphemia convincens a Deo apostatare faceret, et in sempiternam [illegible] miseriam conijceret. Est etiam sibi ipsi contrarius et adversarius, cum mala quae alijs parat in suum recidant caput. Qui autem sibi contrarius est, quis erit bonus? Et qui secum ipse dissidet, omnibus erit adversarius et contrarius bonis et malis, cum non nisi adversa et contraria omnibus cupiat et curet. Qui etsi potentissimus sit adversarius sicut Leo rugiens, facile tamen superabimus illum, qui fortes in fide illi restiterint. Resistite (inquit Jacobus) Diabolo et fugiet a nobis: Et S. Petrus: Cui resistite fortes in fide. Resistimus autem cum in praecepta disciplina persistimus, nec eius mendacijs a veritate nos decipi permittimus: Tunc enim victus fugit a nobis, sicut et a Christo Domino nostro victus discessit.

Amalec [illegible] Principium

6 Anamelec. vide in Appendice

7 Angelus malus appellatur Dæmonium: cuius pessimum ingenium
his nominibus describit Propheta: Misit in eos furorem iræ suæ, — psal. 77
indignationem, fremitum, et tribulationem, immisionem per Angelos
malos: vel, ut Hebræi interpretantur, Quadrigam Angelorum malorum.
Angeli itaque appellantur Diaboli: quod ipsi quoque a Deo mittun-
tur, tanquam furoris indignationis tribulationis et gladij
sui administri contra rebelles et peccatores: Ut enim bona
omnia per bonos, ita mala per malos Angelos confert Deus:
Et ut boni in bonorum administratione bene operari, ita isti in
malorum immissione peccare dicuntur. Unde a D. Petro
2 Pet. 2 — Angeli peccantes dicuntur: quia semper peccant, etiam in his
malis, ad quæ mittuntur. Angelum etiam abissi serpentem
Apoc. 9 — antiquum appellavit D. Joannes, eum a loco, in quem est perpe-
tuo conijciendus, sic denominans, ubi tyrannidem et sævitiam
suam exerceat, et flammas inextinguibiles sentiat. Angelus
2 Cor. 12 — demum Satanæ et Diaboli appellatur: quod iuxta Heb. phrasim
quod Angelus Satanicus, et Diabolicus: quia nihil aliud sit
quam odium et inimicitia, et odij et inimicitiæ auctor, et
calumniarum disseminator. Idem tamen, Angelus Domini
psal. 33.34. — malus est appellatus: Fiant (inquit Propheta) sicut pulvis coram
vento et Angelus Domini persequens eos: quod non nisi de spiritu
et Angelo malo est accipiendum: qui etiam apud Reges, ubi
1 Reg. 16 — de Saule agitur, Spiritus Dei et a Deo, malus appellatur, quo
agitabatur impius ille Rex. Dicitur ergo Angelus Dei et a Deo:
quia a Deo creatus est, non quidem malus, sed bonus: qui tamen
suo proprio vitio statim factus est malus. Cum itaque creatus

Dei sit, Angelus Dei est et dicitur. Et cum idem etiam [illegible] Dei subiectus sit, neque quicquam possit, nisi id sibi per Deum liceat, a [illegible] esse et [illegible] dicitur. Unde etiam Angeli nomen retinuit, quod Missus significat, cum nomine etiam quaedam alia sibi cum bonis Angelis communia retinens: Est enim spiritus sicut et illi, et Dei administer licet in malis, sicut et illi in bonis. Habet vires sicut et illi, sed illis ipse uti non potest, nisi id sibi a Deo per Angelos bonos sit permissum. Cum itaque tales sint, [illegible] etiam sunt appellati, sed mali, peccatores, odibiles Deo et hominibus, a quibus omnia machinantur mala. Daemones (inquit Origenes) perinde ac carnifices: Haec omnia (mala) facere divino quodam iudicio potestate accepta, ut haec statutis temporibus operentur. Haec ille.

pro. 17. Propterea a Salomone Angelus crudelis est appellatus, qui contra malum sit mittendus, quod non solum nullo unquam pietatis [illegible] [illegible] sed nullum unquam [illegible] finem faciat, et immaniora semper machinetur cuius crudelissimum ingenium historia Job satis explicat, nec non [illegible] [illegible] ille a Christo [illegible] apud D. Marcum cuius domicilium erat in monumentis et mon-

Mar. 5. tibus clamans et concidens se lapidibus. Et Lunaticus apud D. Matt. quem Satan

Matt. 17 frequenter in ignem et aquam proiiciebat declarant, [illegible] ille [illegible] et [illegible] pareat [illegible] omnes saevit et crudelis est.

Appellatur (inquit) Angelus [illegible], Angelus [illegible] et [illegible], Angelus vastator, Angelus Satanae, Angelus tenebrarum, Angelus [illegible], [illegible], et male [illegible] [illegible] superstitionem fallax [illegible] [illegible] diversimode vocis.

Sper

8 Aper devastans vineam Domini ex sylva; et fera campestris depascens eam appellatur Diabolus apud Davidem. Est חזיר Chazir porcus, seu sus ex sylva idest sylvestris, qui Aper appellatur. זיז idest Ziz vero ad omnem feram campestrem refertur: ut significet Diabolum non Aprum tantum, sed omnem feram sylvestrem esse: et de hoc in verbo Behemot fusius dicemus. nunc vero nobis explicandum est, cur Aper appelletur sylvestris, nempe quod huiusmodi animal sit ferocissimum, et summopere iracundum: qualis est Diabolus, qui iracundia plenus à D. Joanne describitur. Nam quemadmodum aper iracundia percitus, vineas et segetes sternit, et intrepidus quasi de composito in venatoris fe[rrum] irruit, mortem minime reformidans: ita Diabolus prae nimia iracundia cuncta perdere et prosternere non veretur. etsi [illegible] sciat Deum suae iniquitatis fore iustum ultorem. De apro etiam ferunt in fuga foedam ventris profluviem emittere, qualem de Arpiis apud Virgilium legimus: ut in omnibus illum foedissimum porcum esse divina lege execratum et prohibitum in[telli]gimus. De eo ita scribit D. Joannes Chrisostomus: Aper et fera sylvestris Diabolus est, atq; omnis illius virtus: Agrestis ferocitas est impura eius audacia: nam quando rapacitatem eius demonstrare vult, dicit: Sicut Leo rugiens, circuit quaerens quem devoret: Quando vero quam sit venenosus et lethalis ac perniciosus, serpentem vocat ac Scorpionem: Calcabitis inquit, super serpentes et Scorpiones, et super omnem virtutem adversarii. Quando vero eum [illegible] simul et venenosus sit, Draconem eum vocat: ut cum dicit: Draco iste, quem finxisti ad illudendum ei: Et Draconem ipsum et Serpentem tortuosum et Aspidem ubiq; vocat. Est enim bestia multiplex et nodosa, ac var[ia]

Margin notes: Ap. 12. — Chris. ad Philip. cap. 2 ser. 6. — Luc. 10

uirtutis: nihil non mouet, omnia turbat, omnia sursum ac deorsum

Matt. 8. uolutat, et subuertit etc. Declarauit autem se simillimum esse Apro tunc, cum eiectus ab homine quem obsidebat, petiit ut sibi liceret ingredi porcorum gregem: quem statim imisit in mare, et prae iracundia suffocauit. Suam autem ferocitatem tunc potissimum palam fecit, cum omnem Iob substantiam uno fere momento perdiderit, nimiam e caelo prouocans, et hostes in illum concitans, qui cuncta eius bona diriperent, filios perderent, et demum omnibus malis onerarent. Cui etiam cum permissum esset, ut quaecunque uellet, in illius personam machinaretur, saeuissimis plagis eum affecit. Merito ergo Aper Syluestris dicitur, deuastans Vineam, idest, Ecclesiam perturbans, et persecutionibus eam affligens: Quicquid enim turbarum patitur Ecclesia Dei uel a Tyrannis, uel ab Haereticis, uel a personis Ecclesiasticis et catholicis, earum omnium author et impulsor est Diabolus Aper saeuissimus, qui ut ille sordibus, ita iste delectatur, et in illis semper obuoluitur et saginatur, omnia quae attigerit conspurcans. et tota Deo immunda et abominanda reddens

9 Apostata. uide infra Belial

10 Aquilo. Ventus est frigidissimus, qui ab ea mundi parte perflat
qua solis radijs non illustratur, et calefit, ubi tenebræ sunt
crassiores, noctes longiores, et dies perbreues habentur. Est autem
ventus validissimus et Heb. צפון Ziphon appellatus, abscon-
ditus sonans: quod, ut dixi, ea parte soli abscondita perflet:
Ecc. 43. cuius uim sic describit Ecclesiasticus: Frigidus spirat uentus
Aquilo, et in glaciem cogit aquam: in omni aqua collecta com-
moratur, eamq. quasi thoracem induit: montes depascitur,
desertaq. perurit, et Libanon ueluti ignis perdit etc. De eodem
Ezec. 1 Ezechiel: Ecce, ait, uentus turbinis ueniebat ab Aquilone
Hier. 1. nubes magna, et ignis inuoluens: et Hieremias: Video, ait,
ollam succensam, et faciem eius ab Aquilone. Hoc itaq. ualentissi-
mo et impetuosissimo Diaboli potestas et uis declaratur:
Cant. 4 Siquidem D. Augustinus illud Cant. Surge Aquilo, ueni
Aug. ad Honoratum cap. 22. Auster, Aquilonem Diabolum, Austrum Christum interpre-
tatur: et cum illo D. Bernardus: Diabolus, inquit, Fratres,
et Angeli eius à luce et feruore charitatis auersi, et nimis
in superbiam inuidiamq. progressi ueluti glaciali duritia torpu-
erunt: et ideo per figuram tanquam in Aquilonem ponuntur.
Vnde cum generi humano Diabolus incubaret, uentura gratia
Saluatoris dicitur in Cantico Canticorum: Exurge Aquilo
et ueni Auster, perfla hortum meum, et fluent aromata.
Exurge, qui irruisti, qui subditis incumbis, qui possessos premis:
Exurge ut à tuo pondere eleuati exurgant, et erigantur, quorum
animas premendo curuasti. Et, Veni Auster, inquit, spi-
ritum inuocans gratiæ, flantem de meridie, uelut à parte ferui-
da et luminosa, et fluant aromata. Vnde Apostolus dicit:

Christi bonus odor sumus in omni loco. Hæc ille. Quemadmodum itaque Aquilo est uentus insolubilis: ita Diabolus spiritus est superbissimus et elatissimus: et ut ille est omnium nocentissimus, et perniciosissimus: ita Diabolus est potentissimus, et omnibus rebus perniciosissimus, qui non solum ignorantiæ nubes inducat, sed [illegible] ignę innoluat. Vt autem ille est frigidissimus, et longe a solis radijs motus: ita nos a Dei charitate abducere, et infidelitatis glacie infrigidare, et sibi aglutinare conatur. At quemadmodum Deus montes interposuit, quibus Aquilonis impetus retardentur, et frangantur: ita contra Diabolum Angelorum custodiam costituit: quorum uirtute Diaboli potestas frangatur et illidatur: Ab Aquilone enim ut omne malum, ita ab Austro qui est spiritus Sanctus omne bonum uenit. Hieremias .n. Ab aquilone inquit pandetur omne malum. omnia siquidem mala diabolo impulsore et auctore fiunt, et a Deo per illum immittuntur uel potius permittuntur. Immissiones

psal. 77. (ait propheta) per Angelos malos, nempe malis per Angelos malos. Absit .n. perniciosæ Manichæi errori uel potius hæresi assentiamur qui duo principia alterum boni, alterum mali coæterna dabat, sed unum tantum omnium principium credimus bonum a quo omnia bona et mala ut testatur Iob omnino credimus, At ut [illegible] per bonos Angelos ita mala per malos immittit, propterea ab Aquilone .i. diabolo

Amos 3. ministro mala uenire dicit propheta, et alibi non sit malum in ciuitate quod non fecerit Dominus, Non de malo sive nimirum culpæ sed naturæ hæc accipi

Isa 45 Ego Dominus faciens pacem et creans malum. At ab Aquilone panditur difficultas et dilatatur Non ille ut per quam [illegible] ut in mari tempestates excitant, ita [illegible] difficultates [illegible] merito Aquiloni comparantur

11 Ardamelec. vide in Appendice
12 Arioli vide pyton
13 Armatus vide Fortis
14 Asimah. vide in Appendice

Aspis

15 Aspis. Diabolus a sanctissimis Patribus appellatur: Hoc ei significans dixit
Psal. 90. David: Super Aspidem et Basiliscum ambulabis: Ut significaret Diabolum à Christo et ab illius sectatoribus fore conculcandum, et subigendum: Quod per Isaiam quoque explicavit Spiritus Sanctus: In die
Isa. 11. (inquit) illa delectabitur infans super foramen Aspidis: et super cavernam Reguli Ablactatus extendet manum suam. Aspis autem genus serpentis est saevissimum: cuius venenum (ut inquit Moises)
Deut. 32. est prorsus insanabile. Nam quem ille morsu attigerit, brevi temporis spatio interimit nisi prius membrum laesum abscindatur. Lethiferum somnum inducit, ac propterea somniculosa est appellata: Surda etiam dicitur, cum (ut testatur Plinius) visu potius, quam auditu excitetur. Ne autem vocem incantantis audiat, caput aut in terram figit, aut cauda involvit: Cum vero cum Ichneumone dimicat, se se Luto involvit, illudque ad solem indurat, ut sit invulnerabilis: observat autem dum illa os aperit, ut per os in ventrem illius illabatur, et illius corrodat intestina: ipsa vero incolumis evadet. Aiunt nunquam solam vagari, sed perpetuum habere comitem, quae si forte interempta fuerit superstitem miro studio insequi interfectorem, nisi celeri fuga fluvium aliquem tranatet. Aegyptii illius insigne utebantur, ut invictam Regis virtutem significarent. Prophetae vero eo usi sunt nomine ut Diaboli inseparabilem malitiam, et versutiam describerent: quam tamen vel quilibet imbecillis Christianus parvi sit facturus, non quidem sua sed Christi virtute superaturus. Illius venenum est insanabile et lethiferum nisi quamprimum laesum membrum
Matt. 5. abscindatur, sicuti nobis faciendum esse nos Salvator docuit inquiens: Si oculus tuus scandalizat te erue eum etc. Ignorantiae et otii somnum inducit, unde omnia mala oriuntur: Surdum hominem facit ad Dei verbum audiendum, et auditum de corde tollit, ne audientes credant, et salvi fiant.

Matt. 13.

Miro studio et arte cum sanctissimis pugnat: cui si illi auditum praestent, a
eo statim interimuntur: sicuti pueri carentes hac arte ab eo interempti sunt.
Habet asseclas sibi similissimos perpetuos, qui si fiunt devicti sint et
prostrati, non propterea hostes insequi desistunt, quia imperfractae sunt
frontis: Fuga autem in primis nobis contra illos est consulendum:
quod facimus cum peccati occasionem tollimus, flumen transeuntes
humanarum rerum, et ad aliam vitae aeternae ripam animi affectu
devenerimus: et nos ipsos tandem candidissimo et dulcissimo lacte
doctrinae Evangelicae nutriverimus: Ea enim sola est verus antidotus
contra Aspidis venenum: quinimo super foramen Aspidis delectabi-
tur laetans: Insultabundus enim dicere potest: Ubi est, Aspis, venenum
tuum? Non nocebit, inquit, Propheta, in universo monte
sancto eius: qui est Ecclesia, quia repleta est scientia Domini.

Vide Basiliscus.

16 Asmodæus Dæmon apud Tobiam appellatur, et uarie interpretatur, nem Destructor, Dissipator, Delicti abundantia, seu Delictum abundans: Quæ omnia si interpretatio germana sit, Dæmoni optime conueniunt. Nam cum ille se ipsum destruxerit et dissiparit, omnia Dei opera destruere et dissipare conatur: et nihil aliud quam ruines et discordias molitur. Dicitur etiam Delicti abundantia, uel Delictum abundans, quod in eo sit omnium delictorum copia: Loco siquidem uirtutum omnium, quibus in sua creatione donatus est, uitia omnia in eo per peccatum superbiæ irrepsere, et factus est omnium delictorum seminarium. Sunt etiam qui Asmodæum Asmodemon esse dicant, et incorporeum sapientem significari uelint, non quod sapiens dici proprie possit Diabolus, cum sapientia sit cum uirtute coniuncta, sed improprie sic appellatur, quod multa intelligat et sciat: cuius scientia et intelligentia cum malitia sit coniuncta. Versutia potius quam scientia et sapientia appellari debuit: nam prudens et sciens peccat. Incorporeus autem dicitur, quia non habet corpus crassum, sicuti creaturæ inferiores: quibus comparatus incorporeus esse uidetur: sed comparatus Angelis corpus uidetur contraxisse crassius ob delictum perpetratum, et loci qualitate. Nam ut supra in sermone Asoidi diximus, ... sese in ... et ... sese inuerit: ita Diabolus è cœlo disturbatus, et incrassata eius parte ... corpus ... aereum contraxit, in quo ... et à Deo affligi possit, ... tamen consumeretur, sed perpetuo ... flammis perpetuis cruciaretur. Ut enim ille est mens corrupta, ita est substantiæ incorruptæ. Nemo enim ... non solum malum et pessimum ingenium Diaboli, sed eius etiam substantiam ... qualitatis naturæ æstimet quam ob peccatum contraxit

[illegible] autem esse volunt, Asmodæus quod סמאל Samael, qui [illegible] avem esse dicunt: de qua Job: Semitam ignoravit avis, nec intuitus est eam oculus vulturis. [illegible] Easque aves esse volunt, aves quæ [illegible] neq quiescunt nisi in nido, naves circum [illegible] volitantes. Nam dæmon occultiss[illegible] [illegible] viis se se hominibus insinuat, circuit quærens quem devoret: neq facile etiam ab oculatissimis deprehendi potest. Præterea סמ est Idolum dæmoni dicatum: unde Samael est dæmonis nomen: Ipse namq est totius Idolatriæ Autor, et veri Dei cultus destructor et devastator: Ita enim sonat Asmodæus et Samael nomen, qui circa nos perpetuo volitat, neq eius vestigia cernuntur: suggestione enim, non pedibus ad nos accedit, ut tentet si qua ratione nos à veritate ad mendacium desciscere faciat.

Job. 28.

17 Astaroth. vide i Appēdice. ~~Asturtim~~
Asturtim

Aucupes

[margin: Aucupes ... / Prou. 6]

18 Aucupes dicitur Diabolus: et de eo scripsit potissimum Salomon
dicens: Erue te tanquam capream ... de manu venatoris: et sicut auis
de manu aucupis: id est diaboli, qui nobiscum velut auceps, vel
ut venator, decipiendi utroq modo et ratione agit. Aucupem se
monstrat dum simulata amicitia decipit, et lenocinijs falsis blanditijs
sollicitis nos in suam sententiam allicere studet. Quod cum assequi non
potest venatoris personam induit, et apertas gerit inimicitias, ut
... persecutionibus et rebus aduersis fractos a iustitia et veritate in
iniquitatem et mendacium nos pertrahat: et sic a dextris et sinistris
nos suis sagittis impetit. Sapiens itaq utraq venatoris et Aucupis
metaphora nos docet qua ratione diaboli insidias irritas facere
possimus, dicens: Erue te quasi damula seu caprea de manu ve-
natoris, et sicut auis de manu Aucupis. Caprea est ...
quadrupedum celeberrima, et cursu velocissima: quæ inaccessas
rupes quamprimum canibus se circumueniri sentit petit: et in eis
se ab illis tuetur. Rupis autem nostra canibus prorsus inaccessa est
Deus, sunt Angeli, et Sancti Dei omnes: ad hos est confugien-
dis, qui a Satanæ persecutionibus saluus abire cupiat. Huc con-
fugit, et vnde in portum se recepit Job, cum Diabolus omni ma-
lorum genere illum insectaretur; dicebat enim: Sicut Domino
placuit ita factum est. Huc se recepit David cum a ... inimicissimis
psal 119 suis hostibus premeretur: Ad Dominum inquit cum tribu-
larer, clamaui et exaudiuit me. Ad hunc non accedere potest
Satanas ... illius: quinimo dum nos capere studet,
ipse capitur, perinde ac meis accidit diebus. Nam cum ...
quidam capream pascentem viderent, et ut fit, habere optarent,
capream ad angulam cuiusdam sacelli alligarunt: Lupus ...

insidijs gradiens celeri cursu capream petens, sacellum introiuit: caprea ut uidit Lupum se in sacellum recepit post ostium: et quam primum uidit lupum ingressum ipsa ex sacello prosiliit, et secum trahens ostium, ad cuius annulum funiculo erat alligata, intus clausit lupum, qui postea fuit interemptus. Si ergo nos receperimus in hoc sacellum, et persecutionibus ostium Christi obiecerimus, ipse uenator incidet in laqueum, et nos liberi euademus.

Cum autem nos suis lenocinijs, delicijs, diuitijs et pollicitationibus quasi retibus allicere studet, ab illis nos explicare debemus, ut ab aucupis insidijs, altius ut aues uolantes et bona illa cœlestia et sempiterna contemplantes et sectantes: Ita enim fiet ut frustra iaciantur retia ab aucupe ante oculos pennatorum: Ad te (inquit Propheta) leuaui animam meam: et tu eripuisti de laqueo pedes meos. In manu ergo Uenatoris est caprea, et auis in manu Aucupis, quando Dei permissione fit, ut homo iustus tradatur a Deo in potestatem Satanæ, ut probatior fiat per prospera et aduersa, si se ab huiusmodi insidijs explicuerit: Sicut fecit Dominus noster, cum tentaretur à Diabolo in utraque parte. Quodsi fecissent primi illi nostri auctores, neque se ipsi, neque posteros suos tot tantisque miserijs implicuissent. Oportet ergo nos capream imitari in aduersis, in prosperis uero aues celi, si è manu et potestate Satanæ liberi esse cupimus, qui nullis parcet lenis et laboribus, ut nos prædam suam assequatur, et in suam potestatem redigat: non enim minori desiderio sanguinem et exitium nostrum cupit, quam Aucupes et Uenator aues et lepores capere cupiat.

Aues

1° Aves cœli, seu volucres Dæmones quoque sicut et Angeli boni
Matt. 13 à Domino appellati sunt, non quòd illi cum sanctis Angelis cœlos cohabitent: à quibus deiecti sunt, sed quia in caliginosa et frigidissima aeris parte, quæ cœli nomine venit, relegati sunt. Avibus itaque prædictis comparavit Dominus: quia quemadmodum semini in terram conculcatum iacet inuolantes, illudque auferunt, ne fructum afferat: ita Dæmones summo studio cura et diligentia incumbunt, ut verbum Dei ex corde fidelium auferant, ne credentes salvi fiant. Rapere autem illud dicuntur, qui cum ad illos minime sit missum et spectet, illud tamen sibi usurpent, ut corrumpant et in adulterinum sensum convertant: et sic facilius decipiant incautos. Sic rapuit et corrupit ...
Gen. 3. verbum ad primos parentes factum, dicens: Cur præcepit nobis etc. subdens: Nequaquam moriemini, sed eritis sicut Dij. Idem cum Christo tentavit, Dei verbum illi obijciens: Scriptum est, inquit, quia Angelis suis mandavit de te etc. Voluisset siquidem tentator verbo Dei perperam interpretato verbum Dei expressum ex Christi corde auferre, et illum sicut primum hominem deciperet, ac minus erga Deum fidelem et constantem faceret.

Avibus autem et ipsi Dæmones comparantur, quòd non solum aere cum avibus colant, sed etiam quòd velocissimi sint, et præsentissimi omnibus in locis: ut aer et terra non minus Dæmonibus, quàm avibus plena sit. D. Gregorius illud Job
Greg. Job 40 cap. 21. 22. Nunquid illudes ei quasi avi? interpretatus: Quid est, inquit, quòd adversarius noster prius Behemoth, postmodum Leviathan dicitur, nunc vero avi in perditionis suæ imagine comparatur?

Cur Auis appelletur indagemus. Auis est per subtilis natura leui: tatem: quia de naturæ suæ subtilitate extollitur. Auis est: quia nonumq. per indomitam superbiam se etiam Angelum lucis simulat: ~~Auis est, quia~~ In eis, quos ad stultitiam luxuriæ exci: tat, iumentum [illegible]: In eis, quos nocendi malitia [illegible] Draco est: In eos uero, quos in [illegible] superbiæ, quasi alta sapientia eleuat, Auis est. Dicatur ergo: Nunquid illudes ei quasi aui. Quasi Aui quippe Dominus illusit, dum ei in passione unigeniti filij sui ostendit escam, sed [illegible] ascendit. Vidit enim quod ore perciperet, sed non uidit quod gutture teneret. Cum quia Leuiatan iste usq. ad tempus passionis illius ignorauit, quasi more auis illusus diuinitatis eius laqueum pertulit, dum humanitatis escam momordit. Hæc ex D. Gregorii per Epitomen, quæ ad auis nomen spectant, quo Diaboli [illegible] sicut et uolatilis nomine: volatilia (inquit D. Hieronymus) celi, quæ iuxta uiam semen comedunt a Saluatore interpretatur esse Diabolus. Cæli autem uocantur uolatilia, quia [illegible] repromittunt, quæ nullo pacto [illegible] possunt. Quod apud Hab.° legitur: Egredietur Diabolus ante pedes eius. Aquila [illegible] D. Hieronymus) pro Diabolo transtulit Volatile: Simachus Au[illegible] et Theodotio, et quinta editio Volatile: quod Heb. dicitur רשף Reseph. Tradunt autem Hebræi, quomodo in Euangelio Princeps Dæmonum dicitur Belzebub: ita Reseph Dæmonis esse nomen, qui principatum teneat inter alios: et propter nimiam uelocitatem, atq. in diuersa discursum, Auis et Volatile nuncupetur ipsum esse, qui in paradiso sub figura serpentis mulieri sit locutus, et a maledictione, qua a Deo condemnatus est, accepisse nomen. Similiter Reseph à uentre interpretatur [illegible]. Est etiam Res[eph] pruna, et pro p[illegible] quæ interf[illegible] usurpat[illegible]

20 **Baal.** vide infra Belzebub

21 **Basiliscus** Dauidi est Diabolus, a Christo et eius fidelibus conculcandus: psal. 90
Super Aspidem, inquit, et Basiliscum ambulabis. Est autem
Basiliscus quasi Rex et Princeps serpentium: [illegible] maculam
quandam albam quasi coronam in capite gerit: neque [illegible]
serpentes flexuosus, [illegible] incedit: Necat frutices non contactos
modo, uerum et afflatos: urit herbas, rumpit saxa. Hæc Plinius
qui subdens ait: At huic tali monstro [illegible] exitium
est, adeo naturæ placuit nihil esse sine pari: Hæc ille.
Aegyptij Basiliscum pro Deo colebant, et Sacerdotes [illegible]
cum [illegible] imperium esse ut significarent eos, qui contra
se insurrexissent Basilisci morsus esse incursuros. Serpens itaque iste
Diabolo comparatus optime illius ingenium refert. Origenes in Lucam
Homilia 31 psalmi locum explicans. Tu inquit, Diabole es Basiliscus:
Tu es omnium serpentium Regulus [illegible] potentiora uenena [illegible]
[illegible] qui statim et [illegible] inferis et alium [illegible]
tui secum assumis [illegible] Aspis [illegible]. Tu es Draco, tu es
Leo, de quibus scribitur: Super Aspidem et Basiliscum etc.
Chrysostomus in eundem [illegible]: Quis est, inquit, Aspis,
nisi ipse serpens Diabolus, qui [illegible]
[illegible] Basiliscus [illegible] dictus est, nisi quia [illegible]
serpentes [illegible] Diabolus est princeps [illegible]. Hæc [illegible]
Ambulat ille quidem rectus non autem per sinus, at non erectus,
cum super pectus suum per terram repere Dei sententia urgeatur:
et uel sic eius elatio et superbia [illegible]: [illegible] super
se fuerit elatus, [illegible] infra se ipsum est deiectus. Per sinus
ambulat, cum per dolos se nobis insinuat. Rectus uero cum aperte

nos inuasit. Tantum est illius uirus, ut non solum frutices adurat sed saxa frangat. Si enim a Deo permittatur, non solum debiles et imbecilles sed fortissimos et sanctissimos sua malitia superare, et debilitare potest: Solo enim uisu et afflatu cuncta perdere ualet. Huic tantae pesti solus Christi sanguis remedium esse potest: is enim si diabolo obiiciatur statim terga dare, nosque immunes relinquere cogitur: Tantae enim sanguis ille uirtutis est, ut non solum diaboli uires frangat, et inferni flammas extinguat, sed Deum nobis placatum reddat, et regni ipsius haeredes faciat.

Est autem Basiliscus Heb. צפע Zepha: et sonat sibilus, quia [illegible] anguis iste fece delectatur, sicut facit Zabulon, qui omnium peccatorum fece delectatur, et est omnium creaturarum rex. Hic alio nomine Regulus nuncupatur: de quo Isaias: Et in cauerna, ait, Reguli qui fuerit ablactatus mittet manum suam: nam qui Christi doctrinam imbiberit, quasi lacte et ablactatus solidiori cibo nutritus non sibi erit timendum ab Aspide et Regulo, sed intrepidus eum sua eiiciet cauerna et specu, ponens manum uirtutis eius in ca[illegible] Cauernae autem et foramen Aspidis et Reguli sunt corda hominum in quibus irrepunt per peccati suggestionem, et e quibus manu iniecta uerbis sanctorum eiiciuntur per poenitentiam. Vide D. Gregorium in Job lib. 17 cap. 18 super illud: Obstetricante manu eius eductus est coluber tortuosus.

Isa. 11

Beelzebu

22 **B**eelzebub ut apud Reges legitur Deus Accaron, quem frequenter con-
4 Reg. 1 sulebant, et qui Princeps Dæmoniorum appellabatur apud Matthæum
Matt. 12 et Lucam: In principe, inquiunt, Dæmoniorum eijcit Dæmonia. A
Luc. 11 Beal autem nomine et Zabab deductum esse volunt, quod Domi-
num muscarum sonat, quia Dæmones muscis sunt similes
Eccl. 10 de quibus Ecclesiastes: Muscæ morientes fœtere faciunt unguentum.
Baal autem erat Idolum, ut D. Augustinus refert, Iovis, quem
lingua Punica Baalsamen idest Dominum cœli appellabant
Sed alij a Belo primo Assyriorum Rege utrumque nomen venisse
volunt: cui cum erecta fuisset statua, ad quam quicumque confu-
gisset, immunis a quacumque pœna evaderet, occasionem idolatriæ
præbuit. Nam tunc primum statuis divini honores tributi sunt
et pro Dijs recepta fuerunt: et ab illa Beel statua, cætera omnia
Idola Baal denominata fuere. Inde etiam Diabolus Princeps et
quasi Archidæmon est Dominus muscarum appellatus. Idola
autem [illegible] eo nomine in sacris libris appellantur: quod qui
ea colunt, eis se subijciant tanquam dominis: quos Sapiens muscas
morientes, et unguentum perdentes appellat: quia ut muscæ putri-
dis crassis delectantur et nutriuntur, et in optimis olentibus pereunt
et ea corrumpunt: ita Idolorum cultores fœdissimis oblectentur
vitijs, et virtutibus mortui sint: Quorum omnium Princeps sit
Diabolus omnium fœdissimus.

Muscæ etiam mortis Dæmones esse possunt perdentes unguentum:
Ut enim muscæ ex putredine natæ, putredine nutriuntur (nam
ex quibus sumus, ex ijsdem nutrimur) ita Dæmones cum
corruptissimi spiritus sint, corruptione oblectantur: propterea
optima quæque corrumpere student: Et dicuntur Muscæ mortis,
quod Diabolus per peccatum auctor mortis fuerit et [illegible]

curet, quam ut nos coram Deo mortuos reddat. Muscis autem etiam
ob importunitatem malignorum spirituum comparantur: ut enim
illę saepe ac saepius repulsę redeunt, et nos infestant: ita Daemones
(cum impudentissimi sint) repulsi redeunt, ut suis importunis suggestionibus
homines fatigent, et eos a bonis retrahant. Nam D. Augustinus refert, quendam Haereticum factum fuisse muscarum importunitate: Dei siquidem providentiam negabat. Propterea iure optimo
Muscis comparantur Daemones perdentes unguentum fidei, spei et charitatis etiam in nobis: quod enim ipsi passi sunt naufragium, nobis quoque
intentant et machinantur suaque importunitate obtinere se posse persuasum habent. Non desinit, inquit B. Leo Papa, antiquus hostis ubique
laqueos tentationum protendere, ut fidem credentium corrumpere
valeat. Per muscas etiam, quae ex corruptione natae in ea libenter
versantur, hominibus importunae et molestae, homines pravos in
pravitate degentes, et in alijs iniurijs, accipere possumus: quorum
dominus et pater est Diabolus, quando desideria eius sunt
iniquissima.

23 Beelphegor autem idem esse volunt, quamquam Priapum alij esse dicant cuius
simulacro turpissime offerebant, de quo 3. Reg. 15. fit mentio, et sese illi consecrabant, ut habetur Num. 25. et psal. 105. Interpretatur autem Dens nudus
et apertus, quod nudus ostenderet pudenda. ut sic doceret christianos quoque
obscenis licere, ut viros et mulieres omnibus obscenitatibus deditos et
in Dei odium gentilium adduceret. D. Hiero in Osee cap. 10.
Beelphegor fuit idolum Moabitarum, quem nos Priapum possumus appellare
... Beelphegor ... habens in ore ...
pellem, ut turpitudinem ... viriles ostenderet. Haec ille. Hunc
colebant uti naturae Deum a quo omnia ortum haberent, unde non alij homines
illi fuerunt, et ad eius turpissimum simulacrum virgines deflorabant antequam cum legitimis coirent viris. Id notat D. Aug. lib. de civit. sexto.

Behemot

24 Behemot apud Iob est diabolus serpens antiquus, et est nomen
Iob.40. plurium, non autem unius tantum, et idem est, quod Bestiæ, seu
bruta et animalia. Nam si Plato de homine corrupto dixit sub una
hominis pelle multa bruta et animalia contineri, quod eorum affectiones
habeat; multo verius de corruptissimo illo spiritu, Iob dicere potuit.
quod sit omnia bruta et animalia: cum ipse unus in se ipso omnes
brutales et animales affectus habeat. Ita ut quemadmodum homo
omnis creatura appellatur, quod omnium creaturarum sit particeps,
ita diabolus Bestiæ seu bruta propterea appellentur, quod malarum
affectionum et vitiorum brutorum omnium sit consors et origo. Quæ omnia
ingenerare in omnibus hominibus nititur; sicuti de primis nostris
parentibus Propheta testatur dicens: Homo cum in honore esset
psal.48 non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, et similis factus
est illis. Quod certe opera diaboli cum illis et in illis factum est: et in
dies fit cum illis, qui non ratione, sed brutali potius affectione feruntur.
D. Gregorius, cur Behemot, id est Bestia appelletur. Irrationa-
bilis quippe et brutum animal est per actionis immundæ familiaritatem: Q[illegible]
in hoc, quod contra se agit, ignorat, bruto sensu bellua est.
Rursum quia in hoc quod iniquè agit ad similitudinem nostram [illegible]
[illegible] possidetur, iumentum est: In eis quippe, quos ad stultitiam
luxuria excitat, iumentum est: in illis vero, quos pariter in luxuria
superbia et malitia polluit, iumentum, draco simul et avis est:
[illegible] namque ad deceptionem corporis species intulit, in quo eos [illegible]
[illegible] simplicauit. Multarum igitur rerum nomine uocatur; quia ante
deceptionem [illegible] in uarias formarum species uertitur. Hæc ab illo
pro epitomen de Behemot. Ioannes Chrysostomus in Matthæum.
psal.103 Non audistis Prophetam dicentem, quomodo in nocte omnes
bestiæ circumierunt [illegible] Quo modo? Posuit tenebras et facta es[t]

nox: in ipsa pertransibunt ~~omnes~~ bestiae silvae. Sic et daemones spirituales bestiae, quamdiu lux iustitiae est super terram, in cubilibus suis latent, et in cordibus impiorum: et non se ostendunt. Cum autem tenebras impietatis aspexerint dominari, tunc daemones procedunt aut ministri eorum de latibulis, quaerentes quem possint devorare. Haec ille.

Diabolus ergo est omnis bestia, silvestris praesertim, quae maxime noxiae et maximo detrimento sunt hominibus: quare et quidem sunt daemones omnes: de quibus habetur apud Isaiam: Requiescent ibi

Isa. 13. bestiae: ubi est vox ~~nomen~~ Heb. צים de qua vide ONOCENTAURI. Apud Ezechielem de Messiae tempore habetur: Nec bestia devorabit eos: Bestias adversarias potestates interpretatur D. Hieronymus: quae omnium bestiarum formas et species suscipere possint, et earum omnium ferales habeant affectus et mores

24 Belial à D. Paulo diabolus est appellatus: scribens siquidem ad
1 Cor. 6 Corinthios antithesim faciens Christi ad ipsum diabolum. Quæ
conuentio est, ait, Christi ad Belial? Vnde colligitur illud in
sacris literis frequentissimum: [Hebrew] Belial: Filij Belial pro uiro
et filijs diaboli fuisse usurpatum, quod diaboli imitatores fuerint.
Hebræi autem uocem hanc pro uiris et filijs impijs accipiunt, et quasi
uenire uolunt à [Hebrew] et [Hebrew] quod est non ascendet, id est non
prosperabitur. Quod impius non semper floreat: sed si ad diabolum
huiusmodi interpretatio est referenda, Non ascendens propterea appellabitur, quod unde descendit semel, numquam postea sit ascensurus:
quia numquam ad pristinum statum et locum est restituendus. Vel
etiam non ascendet, idest, non prosperabitur: quia [illegible] illius
per Christum erat [illegible], partim quidem in primo [illegible] aduentu per mortem et resurrectionem suam; exacte uero per secundum eius aduentum in gloria, quando omnia patri subijciet ut
sit Deus omnia in omnibus, tunc funditus Satanæ regnum destruetur, nec ultra proficiet: unde Belial est appellatus. D. Hieronymus
Ad Ephes. super illud [illegible] ad Ephesios: Neque locum detis diabolo.
Diabolus uerbum Græcum est, quod Latine dicitur criminator, [illegible]
qua uero Hebræa Satan appellatur idest aduersarius, siue contrarius: et ab Apostolo Belial, hoc est absque iugo, quod de collo
suo excusserit Dei seruitutem: Quem Aquila [illegible] lam transtulit. Et sciendum ubicumque in ueteri lege filij pestilentiæ scribantur,
sicut ibi: Filij autem Eli filij pestilentiæ, in [illegible] Hebraicis uoluminibus Belial hoc est diabolum pro pestilentia nominari, licet
plurimi pro Belial, corruptè in Apostolo Beliar legant. Hæc ille.
Diabolus uero Belial idest Impius et impiorum pater est. Impius
autem ille est et dicitur, qui in Deum rebellis est, et contra illum pugnare

non dubitat, sicuti fecit Diabolus, qui se contra suum factorem extulit dicens Similis ero Altissimo: unde etiam optime à D. Hieronimo absque iugo Belial est interpretatus: id enim deduci potest à בלי idest Non vel Sine et על idest iugo a radice עלה Cum enim spiritus [illegible] nequam Deo subesse recusaverit statim è coelo est deturbatus, et in miserabilissimam servitutem coniectus, et apostata factus, [illegible] longe à Deo et ab Angelis ac felicissimo illorum statu separatus [illegible] nullam cum his partem habeat. Apostata enim [illegible] dicitur, qui à suo deficit legitimo duce, et ad contrarias partes refugit: quod [illegible] fecerit, faciatque continenter Satanas, Apostata et Belial appellatur Propterea Origenes vocem Belial Apostatam et [illegible] fugum est interpretatus: quae omnia Diabolo competunt, qui omnis apostasiae et defectionis tum à Deo tum à legitimis Dominis [illegible] auctor et fautor.

26 Bestia [illegible] Behemot

27 Callidior cunctis animantibus campi appellatur serpens antiquus Diabolus

Gen. 3 de quo Hieronymus in quaestio[ni]bus super Genesim ita scribit.

Serpens autem erat sapientior cunctis bestiis super terram. Pro sapiente in Hebraeo habetur ערום Arum: quod Aquila et Theodotio [illegible] πανουργον interpretati sunt. Hoc est Nequam et versipellem. Magis itaque ex hoc verbo calliditas et versutia, quam sapientia demonstratur. Haec ille

Ezec. 28 Sapiens siquidem cum reliquis Angelis creatus fuit Diabolus: propterea de eo dicitur apud Ezechielem: Tu Cherub: sed cum sua sapientia male praesumens suam sapientiam (ut ibidem dicitur) perdidit: et ex sapiente callidus et versutus est factus: Sapientia siquidem cum malitia coniuncta calliditas potius et versutia dicenda est: quae tunc est pestilentior, cum in subiecto sapientiori cadit: ut ex vino meliori fit acetum fortius. Angelus enim cum sit cunctis terrae animantibus sapientior et sanctior, si peccaverit, fit omnium callidissimus et pessimus. Abusive itaque Diabolus

Hierem. 4 dicitur sapiens, etsi multa sciat: quia (ut habetur apud Hieremiam) sapientes sunt, ut faciant malum, quod callidi et versuti potius est

Prov. 22 Callidus vidit malum (ait Sapiens) et abscondit se: et alias: Sapientia

Prov. 14 callidi est intelligere viam suam: Et Stultitia stultorum dolus. [illegible] siquidem Diabolus actiones suas malas [illegible] eas cum dolo abscondit [illegible] incautos in eas alliciat et decipiat. Cum itaque [illegible] sapientia et intelligentia ad fallendum et decipiendum utatur callidior cunctis animantibus est appellatus. Habet siquidem [illegible] ille mille fallendi et decipiendi artes, et laqueos: quos (ut S. Antonio coelitus revelatum est) non nisi humiles effugere possunt.

Callidus [illegible] quasi callosus dictus est Satan: quod in [illegible] decipiendi [illegible] callum obduxerit [illegible] nisi fallacias et dolos [illegible] [illegible] [illegible] etiam tunc esse [illegible], neque recipiendum [illegible] vel bonum agere [illegible] suadere videtur: sicuti Asser. [illegible] [illegible] illi [illegible] recusaverit, cum eum [illegible] hortaretur, [illegible] ex [illegible]

quibus esuriens suam lenire posset famem. Eum adhibere et ob... scere iussisset, cum illum crederet esse Dei filium: nam ea omnia fraude et dolo non carebant, cum a spiritu illo callidissimo et fallaci proficiscerentur. Callidi ergo nomine non solum eius vafrities, sed indolentia et pertinacia in malo demonstratur. Tanta porro in fallendo eius est astutia, ut non solum decipere potuerit sapientissimos primos illos parentes nostros, sed ipso etiam Daniele sapientior fuerit appellatus: Ezechiele enim dicitur sub Tyri nomine: Ecce sapientior es Daniele es factus, nihil est absconditum, quod sit absconditum tibi. Ita enim legitur in editione Heb., licet D. Hieronymus ... per interrogationem legat: Numquid sapientior es Daniele? Cur autem sapientior Daniele fuerit appellatus: nempe quia ob eius sagacitatem et intelligentiam nihil, quod ... , aut fraudulentum sit, eum lateat. Longo namque usu multa addiscere potuit sed cum omnia sciat et intelligat, et faciat malum, callidus propterea quam sapiens dictus est. Callidus etiam ... dicitur quod mira astutia vitia sub virtutis specie ingerat: et ut latius idem Sanctus disserit lib. 3 super Iob cap. 23

28 Camus. vide in Appendice.

29 Isa. 27 Cetus maris: de quo apud Isaiam: In die illa visitabit Dominus in gladio suo duro et grandi magno et forti super Leviathan serpentem tortuosum, occidetque cetum, qui est in mari. Sunt autem Cetus pisces [illegible], qui [illegible] piscibus [illegible]. Piscibus autem comparantur Dæmones: quia etsi diligentiam adhibueris, piscem sine spinis non invenies: ita neque ullus Dæmon inveniri potest, qui [illegible]. [illegible] autem Cetus תנין [illegible]. De [illegible] latitudinis [illegible] et sex [illegible]. Hunc mystice comparant Diabolo, qui in mundo [illegible], ac Cetus in medio mari: qui magnitudine potentia [illegible] hominibus præstat, quo Cetus maior et grandior est cæteris piscibus et hominibus: quos omnes [illegible] traiicere potest: sicut Jonam [illegible] traiecit. Et ni Dei virtute et omnipotentia conservaremur, homines simul et iumenta omnia perderet: sicuti Jonam perdidisset, nisi Deus illum etiam in ventre ipsius illæsum conservasset. Quamvis autem omnes deglutire [illegible] ipse possit [illegible], ut de [illegible] Deum [illegible]. Hunc visitabit Dominus [illegible] tempore gladio suo duro et forti, cum [illegible] et occidet [illegible], sed [illegible] ~~Dæmo movent~~ [illegible] Christus Deus et homo caput illius et suis [illegible]. De hoc D. Hieronymus [illegible] Isaiæ explicans ita scribit: Draco [illegible] Heb. sermone appellatur Leviathan: Ipse est [illegible] Cetus. De quo

Iob 40 quod a Christo capiendus sit, mystico in Iob narratur sermone et

Et ibi pro voce Leviathan ponitur [illegible] ponitur pro secundo; in ~~[illegible]~~ loco in praesenti capitulo in Hebraico non ponitur Leviathan sed תנין Tanin, quod proprie Cetum sonat: quem Dominus interficiet spiritu oris sui. Habitatorem quendam maris salsorum et amarorum factum. Qui sicut Diabolum acturum perditionem [illegible] venientem consecuturum, interpretatur nobis, quomodo hoc accidant quod scriptum est: Et interficiet Draconem seu Cetum, qui est in mari. Haec ille. vide infra Leviathan. Hunc etiam Rabbini à Messia esse occidendum, et ex illius carne praeandium esse paraturum omnibus sanctis. Quae omnia figurate sunt accipienda: scilicet quod ex Diaboli interitu, et subversione in ipso regnorum maxime [illegible] omnibus oritura sit laetitia, ut D. testatur Johannes, quod illius orbem non est permissurus, de Christi gentem infestaturus.

30 Ezech. 28

Cherub sub Tyri Regis typo Diabolus apud Ezechielem appellatur, ubi dicitur: Tu Cherub extentus et protegens, et posui te in monte sancto Dei, in medio lapidum ignitorum ambulasti, perfectus in viis tuis, a die conditionis tuæ donec inventa est iniquitas in te. In multitudine negociationis tuæ repleta sunt interiora tua iniquitate, et peccasti: et ejeci te de monte Dei, et perdidi te o Cherub protegens de medio lapidum ignitorum etc. Quæ omnia proprius et verius de primo illo Angelo, qui cum excelsis suis a Deo apostatarunt, et in accepta veritate non steterunt, sed velut fulgur e cælo ceciderunt. Hæc ait Origenes de Principe Tyri ex prophetia Ezechielis: quæ in adversariam virtutem sermonem ostendimus: per quæ manifestissime demonstratur, quod sanctus et cælestis fuerit et beata: de qua beatitudine ex quo in ea inventa est iniquitas, ruerit, in terramque deversa sit et non per naturam conditionemque talis extiterit. Hæc ille. D. Gregorius in caput Job quadragesimum locum Ezechielis ita interpretatur: Cherub ait plenitudo scientiæ interpretatur et idcirco iste Cherub dicitur, quia transcendisse cunctos scientia non dubitatur: qui in medio ignitorum lapidum perfectus ambulavit, quia inter Angelorum corda charitatis igne succensa clarus gloria conditionis extitit: quem bene extentum ac protegentem dicit: omne enim quod extendi protegimus, obumbramus: Et quia comparatione claritatis suæ cæterorum claritatem obumbrasse creditur, ipse extentus et protegens perhibetur. Reliquos enim quasi obumbrando operuit, qui eorum magnitudinem excellentia maiori transcendit. Quod ergo hic speciosus in multis frondibus, quod illic signaculum similitudinis, quod illic Cherub, quod idem protegens dicitur, hoc hic voce Dominica Behemoth, viarum Dei principium vocatur. Hæc ille.

Tu Cherub (interpretatur, D. Hieronymus) extentus et protegens, sub-
auditur Arcam Dei et Propitiatorium: vel iuxta LXX. quod ipse
cum Cherub natus sit et creatus. ex quo ostenditur ad [illegible]
urbis Tyri principem hoc pertinere non posse, sed ad contrariam
quoniam et praecipuam fortitudinem quae urbis Tyri principes
posita est: Et posui te (inquit) in monte sancto Dei. Sanctum Dei
quin Paradisum significet etc. Ambulavit quoque in medio sanctorum
lapidum: de quibus scriptum est: Qui facit Angelos suos spiritus
et ministros suos ignem urentem etc. Quod sequitur: perfectus
in viis tuis: LXX posuere: Fuisti immaculatus in diebus tuis a die
qua conditus es donec inventa est iniquitas in te. ostendit omnem
creaturam bonam a Deo conditam, et perfectam habuisse virtutem
et deinceps malam non natura sit, sed voluntate. Donec inventa
est iniquitas in te, priusquam a Deo, quam in thesauro pectoris tui per
superbiam et abusionem potestatis, quam acceperas, [illegible]
inclusa. Haec D. Hieronymus. Respective itaque ad primam suam
creationem appellatur Diabolus Cherub, non ad naturae conditio-
nem quam post lapsum contraxit. Ita siquidem etiam Lucifer est
dictus cum tamen potius Lucifuga, quam Lucifer sit, et tenebras
potius, quam lucem afferat. Tertullianus lib. 2 adversus Marcionem
Ezechielem enim ad satanam respicit. Itaque etiam ad suggillationem angeli non ad illius
principis proprie pertinere manifesta est, ut quod nemo hominum in paradiso natus sit,
ne ipse quidem Adam, translatus potius illuc, nec cum Cherubim septus in monte sancto Dei, id est in ve[rtice]
in sublimitate caelorum, de quibus satanam dominus decidisse testatur. Nec inter amicitias [illegible]
[illegible] inter gemmarum igneorum radios, unde vir quasi fulgur deiectus est, sed
Sed ipse autor delicti in personam viri peccatoris denotabatur etc.

31 Coluber apud Iobum in primis appelatus est Diabolus ubi dicitur
Iob 26 Et obstetricante manu eius eductus est Coluber tortuosus. Est autem
Coluber serpens qui umbris et tenebris maxime delectatur et in
aquis manet: de quo S. Hieronymus ad S. Basilium. Coluber
ad bibendum veniens in aqua venenum deponit, ne cum veneno
aquam concretum occidat: nullum hominem timet, vestitum per-
sequitur, caput tamen suum celat, quando percutitur, ubi scit
esse mortem suam. Hæc ille. Diaboli naturam explicat Coluber:
odit enim ille, sicut et iste lucem, et tenebras sicut fur amat, ut
veritatem insectetur, mendacium vero diligit: Vivit in aqua et
in ea suum venenum deponit: quia in hac mundi parte inferiori
degit, et in ea virus odii iræ et peccati effundit et exercet:
Nudum hominem timet, et vestitum persequitur: quia ille terro-
ri est Diabolo qui omnibus, quæ possidet renuncians nudus
nudum Christum sequitur: qui enim mundo carni et Diabolo
renunciaverit, nullum Diabolo relinquit locum: sed illum insecta-
tur, quem vestitum viderit neque mundo vale dixerit. Locum
vero Iob de Colubro ita explicat S. Gregorius. Quid namque
Colubri appellatur nomine nisi antiquus hostis et lubricus et
tortuosus, qui decipiendo colubri ore homini locutus est: de
Isa. 27 quo per prophetam dicitur: Leviathan vectem serpentem tortu-
osum qui idcirco loqui serpentis ore permissus est ut ex ipso
vase eius homo cognosceret qualis esset qui in eo habitaret.
Serpens enim non solum tortuosus est sed etiam lubricus.
Qui ergo a rectitudine veritatis non stetit, tortuosum animal
intravit etc. Caverna vero eius colubri corda fuerunt
reproborum, quæ quia [illegible] pravitatem propriam traxit, quasi in
[illegible] habitatione requievit. Sed obstetricante manu Domini

formosus coluber, e propriis cavernis expulsus est. Quia dum nobis [illegible] na gratia medetur, is, qui nos temerat, antiquus a nobis hostis ejicitur. Sicut Joannes verius dicit: Hunc princeps hujus mundi ejicietur foras etc. Vide Basiliscus et Aspis. Habemus [illegible] diabolus omnia fere nomina generica et specifica serpentium venenatorum: ut per omnia et in omnibus venenosissimum et [illegible] callidissimum eum esse sciamus, et ab eo tanquam a facie colubri fugiamus. Peccatum demonis, quod proprie est [illegible] venenum, quod etsi evomat, non tamen eo vacuatur, qui quicquid est, totus peccatum est. Ecce, inquit Dominus Apostolis, dedi vobis potestatem calcandi

luc. 10 supra serpentes et scorpiones, qui quidem ipsos subinferius declaravit, et super omnem virtutem inimici. Diabolus ergo serpens est coluber, Basiliscus, Aspis, Vipera et scorpio et quidquid venenatorum est animalium. ~~Scorpionis autem~~ cuius virus est peccati propagatio.

Scorpio ~~[illegible]~~ autem ideo diabolus dicitur, quod sicut scorpio a facie blandus et innoxius videtur, et a posteriori noxius est et pestifer, ac venenum mortale infert quo cauda ~~[illegible]~~ [illegible] quo icta ferit. Ita diaboli sermones, lac oleum mollis sunt sed ipsi sunt jacula venenata, novissima autem illius amara quasi absinthium et lingua eius quasi gladius biceps. Nam ut scorpio caudam fundit venenum, ita ille sub amicitiis et monitis plexu odium et mendacium obtrudit et extrema risus illius occupat luctus. Depingit itaque et delineat illius disignat terminus serpentem et scorpionem cum comparavit. Benevolum effingit, ut cum lethalia et quovis veneno magis noxia instillat, blandiri non ut noceat, nisi [illegible] est christianus. Ophitae Heretici serpentem adorantes, sunt denominati [illegible] parens eius affirmitis et [illegible], ab illo nam homini cognitio et virtutis venit [illegible] [illegible] quam dei iussu in terram fuit ~~[illegible]~~ in quo et prospicere non poterit, ut [illegible] [illegible] ~~[illegible]~~ quae christi filii dei sunt, sibi tribuerit. Unde merito callidior cunctis animalibus est appellatus serpens.

32 Corvus vide Praedator.

33. Coruus ex arca emissus Noe Patribus Diabolus est: Consitilius(?) singit
D. Hieronymus aduersus Luciferianos; de arca coruus et non redijt:
et postea [illegible] in terra columba nunciat. ita et in baptismo Ecclesiæ
teterrimo alite expulso, id est Diabolo, pacem terræ nostræ columba
spiritus sancti nunciat. Hæc ille. Chrisostomus de Spiritu Sancto.
Ex ista arca Noe euolauit coruus, nec comparatus suffocatus in aquis.
Ex arca autem Ecclesiæ eliminatus est Diabolus, qui uere niger et
tenebrosus coruus est, suffocatur in aquis baptismi. Hæc ille. Coruo
autem potissimum Diabolus comparatur; quod ut ille quidem albus
nascitur, et postea nigerrimus efficitur: ita Diabolus primo ortu
a Deo quidem innocentia et iustitia candidus est creatus; sed
postea in superbiam elatus malitia propria est [illegible] nigerri-
mus factus. Nam in fabulis habetur ex albo [illegible] coruum,
quod Martis et Veneris prodidisset adulterium: unde Coruus mali
ominis esse receptum est, qui cadaueribus delectatur et pascitur.
Nam et Diabolus cum spiritus immundus sit, imundicijs peccatorum
et morte hominum maxime delectatur, et semper mala nobis omi-
natur, sanctosque criminatur ut supra uerbo Accusator.
Ob nigredinem etiam coruo nigerrimo comparatur Diabolus:
malum enim uitandum carbone. bonum uero faciendum albo
calculo notatur. Significat ergo Diabolum malum esse omnibus
uitandum; quia numquam in bonum conuerti possit. De hoc scribit
Isa. 34 Isaias: Et possidebunt eam Onocrotalus et Ericius, et Ibis et
Coruus habitabunt in ea. Quibus immundis uolucribus immunda
Dæmonia sunt significata, quæ uarias habent formas et [illegible]
mus species in quibus a gentibus pro Dijs colebantur: nam apud
Ægyptios Ibis pro Deo habebatur: est enim ciconiæ genus [illegible]
nigrum, longis [illegible] coloribus: quod [illegible] illa delectatur

quasi Deus Delphis habebatur. Coruus item Augures honores consecratus est, quod ex illius volatu, futura ominarentur: quae omnia cum Diaboli artes inventa essent, et eorum astu, ministerio ipse ad decipiendas gentes uteretur, ab illis ipse quoque est denominatus Diabolus coruus. Corui (scribit Plinius) in auspiciis soli videntur intellectum habere significationum suarum: Nam cum Mediae hospites occisi sunt omnes e Peloponnesso et Asia regione volaverunt. Pessima eorum significatio cum glutiunt vocem veluti strangulati. Cum igitur Diabolus iste malus per coruum deceperit gentes, coruus a sanctissimis patribus est dictus, qui cadaveribus putridis pascatur, et [illegible] semper [illegible] et [illegible]retur.

Cum de his

34 prov. 17

Crudelis Angelus dictus est Diabolus a sapientissimo Salomone.
Rebellis, ait, quaerit malum, et Angelus crudelis mittetur contra
eum etc. Crudelis autem is dicitur, qui omnem prorsus exuit
humanitatem, et tam in se quam in alios nullo servato modo et
lege, omne ius saevit: quique ut alios perdat, se ipsum perdere, et
sibi [illegible] implicare non dubitat, in omnes eandem crudeli-
tatem, nullo excepto exerceat, noua semper machinans mala et
tormenta: sicuti Diabolum facere exemplo Job demonstratum
est: in quem atrocioribus semper malis debacchabatur, et
numquam desistit, etsi mala, quae in alios parat, et machinatur
in suum in primis recidant caput: Propterea Sapiens [illegible]
Rebellis quaerit malum, et Angelus crudelis mittetur contra eum:
quasi ~~dicere~~ dicere voluisset: Diabolus malum in alios machinatur, et
eos in peccatum pertrahere studet, sed ipsius [illegible] maximas poenas
dabit. Nam de peccatis, quae ipso instigatore perpetrantur, ipse in
primis punietur. Diaboli etiam inter se sunt omni [illegible] saeviores:
Ita enim natura crudeles sunt, ut non solum in alios, sed et in se
ipsos crudeles sint. Cui autem, [illegible] Sapiens, sibi nequam
est, cui bonus? Ipse est omnium malorum autor, et tormentorum
inventor. Sunt enim, ut inquit D. Augustinus, spiritus nocendi
cupidissimi, a iustitia penitus alieni, superbia tumidi, invidia lividi,
fallacia callidi, non quaerentes quibus dominentur, sed cum quibus
damnentur. Nam et impius, ut ait Sapiens, habet viscera crudelia:
quali et quanta crudelitate saevit impiorum omnium pater? Crude-
lissimi ergo sunt Daemones, tunc etiam cum mititatem et benevolen-
tiam simulant, ut nusquam illis sit fidendum. Quid dicam de
illorum crudelitate? qua quanta sit satis experimentis [illegible]

rebelles appellantur: nomine enim hoc significantur eos naturam prorsus Deo contrariam habere, qui ut mitis est, et misericors, neque secundum iniquitates punit, Diaboli crudelissimi et acerbissime etiam ultra meritum [illegible], quia crudeles sunt Rebelles in Deum et homines. Angelus etiam idest Nuncius crudelis appellatur Diabolus quod semper crudelia et dira cogitet, faciat et nunciet ad rebellionem [illegible], quamvis charitatem et benevolentiam praetendat ut suam crudelitatem et saevitiam non prodat. Crudelis namque est nuncius omnibus quidem et semper, sed crudelissimus iis imprimis qui obdurato corde impietati operam dant: quibus nisi resipiscant, eterna supplicia est nunciaturus, eas omni saevitia et crudelitate illis repensurus.

35 Dæmon sive Dæmonium appellatur in sacris utriusque Testa-
psal. 95 menti literis diabolus: eoque nomine omnes Dij gentium veniunt:
de quibus dicitur: Omnes, ait, Dij gentium Dæmonia, ubi est
psal. 90 ~~quid~~ אלילים Elilim in psalmo vero 90 ubi nos habemus
a Dæmonio meridiano, vox Hebr. est מקטב Micheteb. Dæmones
lib. 9. de ciuit dei (inquit Augustinus) dicuntur: quoniam Græcum vocabulum est
a scientia nominatum. Nostræ religionis homines appellant spiritus
a Deo creatos, qui e cœlo delecti, partim in terra infimo, partim
in loco ... damnati sunt. Cum itaque spiritus ii nequam acerrimo
quodam sensus, et celeritate motus, multoque et longo rerum usu
polleant, ac multa nosse possunt, Dæmones sunt appellati. Sed
quando ... scientia sit cum malitia coniuncta, sicut insipientia
sit appellanda. Quod enim quisque non sapit, quod scit, nescire potius
est dicendus. Malitia siquidem sensus hebetat, atque obtundit: ita ut
de Dæmonibus malis dicere possimus, Intelligentes non intelligere,
et videntes non videre. Hanc communem vanam et stultam scientiam
significat vox Heb. אלילים quæ vanitatem et nihilum, ac vilitatem
insaniam significat: ut declarent Dæmones sapientes insanire ...
Alio nomine קטב Cheteb idest Excisus seu Excisio appellatur,
quod a Dei gratia et felicitate fuerit abscisus, et alios ab eadem
abscindere studeant: ~~et alios ab eadem abscindere student~~ et in hac
una re scientiam suam exerceat: Appellatur autem Dæmonium
meridianum, quod et fallat et decipiat incautos, dum transfiguret se
in Angelum lucis, et benevolentiam simulet. Meridianum etiam
et nocturnum dicitur, quod quandoque aperto marte, quandoque dolis
nos aggrediatur, et tam in prosperis, quam in adversis laqueos

et insidias contra nos struat. Sunt qui vocem הוי pro vae acci-
piant: ut significent dolores nihil aliud esse quam vae, et
ululatus: indicii quod ab illis expectari posse, quam omnia mala,
~~quae ipsi omnia mala patiuntur~~ Serpit (inquit D. Aug.) hoc malum

Aug. q. 83. q. & divinatione dæmon cap. 3. et 5.

dæmonis per omnes aditus sensuales, dat se figuris, accommodat se coloribus,
adhæret sonis, odoribus se subijcit, infundit se saporibus. Idem alias. Accipiunt
potestatem et morbos immittere, et ipsum aerem vitiando morbidum reddere
et perversis atque amatoribus terrenorum commodorum malefacta suadere
de quorum moribus certi sunt quod sint eis talia suadentibus consensuri.
Suadent autem, miris et invisibilibus modis per illam subtilitatem suorum cor-
porum, corpora hominum non sentientium penetrando, seque cogitationibus eorum
per quædam imaginaria visa miscendo, sive vigilantium sive dormientium. etc.
et ad simpliciorum. Fallit, dæmon, studio fallendi, ut invida voluntate qua
hominum errore lætatur. Cum itaque sit in fallendi et nocendi instructus
artibus dæmonis nomine nuncupatur. ut potest qui sapiens sit ut faciat malum.
Dæmonis autem nomen, inquit Origenes pravis super addidit potestatibus
quæ corpore careant et homines fallunt, et a deo rebusque ipsis superioribus retra-
hant et ad inferiora illa detorqueant. Cætera de dæmonijs in genere super
quærito.

36 Dagon, vide in Appendice.

Deus

3° Deus Hebraice אלה numeri singularis dicitur etiam Diabolus, et
Hab. 1 Chaldæus Habacuc 1 ubi legitur: Tunc mutabitur spiritus, et
pertransibit, et corruet. Hæc est fortitudo Dei sui, videlicet אלה.
Per contemptum autem unius numero hoc in loco reperitur, et
scribitur, ut perperam Deum appellari significetur. Nam Deus verus
nomine plurium semper in sacris legitur. Merito ergo usurpato
sibi temere hoc nomine Diabolus Deus appellatur. Nam etiam D.
2. Cor. 4 Paulus eum huius sæculi Deum appellauit. Quem locum D. August.
explicans ita contra Faustum Manichæum scribit: Neque enim
sine additamento Diabolus dicitur Deus, sed cum additamento.
Huius sæculi, id est hominum impiorum, non nisi in hoc sæculo
florere volentium: secundum quod dicitur: Hominum sæculum malum,
Gal. 1 sicut scriptum est: Ut eximeret nos de præsenti sæculo maligno.
Philip. 3 Tale est enim illud: quorum Deus venter est, nisi esset ibi quorum
nullo modo diceretur, Deus venter. Nec in psalmo possent
dæmonia Dii appellari, nisi adderetur gentium. Sic enim
psal. 95 scriptum est: Quoniam Dii gentium dæmonia. Hic autem nec
Deus huius sæculi, nec quorum Deus venter est, nec Dii gentium
dæmonia, sed simpliciter positum est, Deus, quod non potest in-
telligi nisi verus Deus omnium Creator. Illa enim cum vitupera-
tione dicuntur, hoc autem cum laude est. Hæc ille. Hoc idem
obseruandum est in verbis Habacuc: dicens enim, sui Dei, verum
Deum a falso, id est, Diabolo discreuit: qui enim non sit Deus,
sed dæmon, pro vero tamen Deo mentito colebatur. Ab initio:
serpentino ore item Diabolus appellatur Deus, sicuti et Adam a
Gen. 3 Deo ironice: quasi unus ex nobis, est appellatus: [illegible]

Diabolo diuinam essentiam affectans, etiam quod habebat amiserit
et infra omnes belluas amandatus fuerit. Summopere autem Dei
nomen affectat, et ambit Diabolus, sibique diuinos honores deferri cur[at]
non quod ea re uel minus miser, uel magis felix fiat, qui
semper est miserrimus, sed quod ultro ~~[illegible]~~ praecessis in Deum uerum
et illius honorem leuatur. Dei autem iusto iudicio factum fuisse
uidetur, ut totus fere orbis Diabolum pro uero Deo susceperit,
uerum autem Deum neglexerit. Cum enim mundus Dei ueri-
tatem contempserit, mendacio est permissus, et potestati Satan[ae]
traditus: a qua Christus Dei filius mundum uniuersum uen-
dicauit, et praedicatione sua nomina falsorum Deorum sustulit
et deleuit, uerique Dei nomen illustrauit, et nobilitauit: ita ut
nunc ubique terrarum unus tantum colatur Deus.

38 Diabolus autem malus iste Græcis dictus est: quod nomen Latine Criminator seu Accusator et Calumniator est: de quo supra verbo Accusator egimus. Et, D. Augustinus ita scribit: Unde creditur etiam Diabolus appellatus, tanquam accusator Latine dicendus sit: non quia nemo possit etiam bene recteque accusare; sed quoniam Diabolus amat accusare, utique inuidentiæ stimulis agitatus: unde ibi in Apocalipsi testimonium perhibetur. Hæc ille. Accusat autem ut diferat idest dissipet tempus ... verborum, ut idem interpretatur. De eo D. Gregorius in Iob ita disserit: Antiquus aduersarius cum quæ accuset mala non inuenit, ipsa ad malum bona inflectere quærit: cumque de operibus vincitur ad accusandam verba nostra perscrutatur; cum nec in verbis accusationem reperit, intentionem cordis fuscare contendit. tanquam bona facta bono animo non fiant: et recipeo a Iudice ut bona perpendi non debeant: unde recte voce Angelica dicitur: Proiectus est Accusator fratrum nostrorum. Hæc ille. Tertullianus. Quod autem, ... a deo non est idem, diabolus, id est, delator, superest ut ipse se ... ferit deferendo de deo, ut ... primo quod deus illos ex omni ligno edere ... deinde quasi morituri non essent si edissent, Tertio quasi deus illis inuidisset diuinitatem. Hactenus ille. Quibus probatur ... illum ... ex eo diaboli nomen contraxisse et naturam, quod de deo et hominibus falsa referat, ut deum ab ipsis et ipsos a deo ... cum ille querit et ... odio habeat et ... Nam ut alibi idem Tertullianus Diaboli partes sunt veritatem inuertendi

Lib. 4 in quæst. sup. Num. cap. 49

Apoc. 12

aduersus Mar. lib. 2.

38 Draco est serpens ita appellatus, quòd annosus sit, et maximae magnitu-
nis: cui Diabolus in sacris literis comparatur: quòd nonsolum annosus
et antiquus sit, sed quòd maximus sit malitia. Propterea Draco mag-
Ap. 12 et Rufus à D. Ioanne est uisus, quòd scilicet uiribus polleat, et in
et furorem semper spiret, ac uenenum effundat. De quo Prop. et
Psal. 103 Draco iste quem formasti ad illudendum ei. et alias
psal. 73 Contrivisti capita Draconis in aquis: et apud Danielem: Interficia
Dan. Draconem absq. gladio: et D. Ioannes rursus: Proiectus est
Draco ille magnus etc. Quod quidem prestandum erat per Messia
partim quidem in primo suo aduentu, rursus uero in secundo:
Gen. 3 de illo enim dixit Dominus serpenti: Ipse conteret caput tuum
quod sua quidem prædicatione et morte perfecit: sed eum adhuc
regnare permittatur, cum secundo aduenerit Christus in gloria
omnino Regnum ipsius tolletur, et in inferno perpetuo relegabitur
ut nulli sanctorum postea nocere possit: et à quibus potius illud
tur ei, et insultetur eisdem fere uerbis: Vbi est Draco uictoria
vbi serpens morsus tuus? Draconis autem tunc personam subit,
per insidias simplices decipere, et mendaciij uenenum in eos ef-
dere studet: diuersa siquidem nomina à diuersis effectibus sorti
ut Leo sit, et dicatur, cum apertas gerit inimicitias. Draco uero
simulatas. Draco cum hipocrisis. Leo cum imperio à tu
dicitur: In quamcumq. autem formam se uertat semper est m
et tunc pessimus, cum in Angelum lucis se transfigurat, et bene
uolentiam simulat.

Cauda

90 Equites appellantur Dæmones [illegible] Equum
Ex. 15 et ascensorem proiecit in mare. Ascensor [illegible] est Equus, qui
per se [illegible] quam agit [illegible] Equum evertens
[illegible] calcaribus urgens, et inferens. Sic enim [illegible] habe-
Diabolus, quos possedit, eos enim habens prohibet et ad mala, quæ
amant, impellit: et videre est in Paulo et in Iuda [illegible]
suis [illegible] traditis. De hoc Origenes locum Moysi [illegible]
ita monumentis mandavit: Homines [illegible], quando [illegible]
equi sunt: et, ut ita dicam, omnes, qui in carne [illegible], spiri-
tualiter equi sunt: sed hi habent ~~[illegible]~~ ascensores suos.
Sunt equi, quos Dominus ascendit, et circuivit omnem terram:
de quibus dicitur: Et equitatus tuus salvatio. Sunt autem equi
qui ascensorem habent Diabolum, et Angelos eius. Iudas equus
erat, sed donec ascensorem habuit Dominum, [illegible] equitatus
eius fuit: sed ubi se Diabolo substravit, ascensoris illius factus est
Satanæ. Omnes ergo qui persequuntur sanctos, equi sunt [illegible]-
entes, et habent ascensores Angelos malos, [illegible].
Illi sunt spirituales equites aerei spiritus, qui [illegible],
qui [illegible] transeunt, qui aerem [illegible], qui [illegible] et
aqua, atque omnibus procellis [illegible] sunt [illegible] velociores.
Unde etiam Equites digne appellantur, qui super omnes luxuriosos
atque [illegible] sedent tanquam super equos, et [illegible]
excitant illos: de quibus dicitur: [illegible] est [illegible] sub
omni sessore [illegible]. Equites itaque sunt Dæmones [illegible] nequissimi
spiritus. Hac [illegible] ibi [illegible], sed fusius in [illegible].
Equites fecerunt sibi tria cornua etc. quia universa [illegible] eius
exercitus, et omnes Dæmonum catervæ simul convenerunt, et

pariterse aduersum Job in praelio armaverunt, ut illum superarent.
Ad[illegible] tria cornua fecerunt. [illegible] tria praecipua et singu[illegible]
laria, idest, spem, fidem et charitatem. Fidem
quam in Dei cultum habuit: spem aeternae liberationis, ac coelesti[illegible]
frigerij: charitatem erga Deum, qua nihil est maius, neq in
hoc seculo, neq in futuro. Pro his ergo omnibus [illegible]
tria cornua nequissimi Daemones, contra Job ut equites arma[illegible]
ti dimicantes. Cum ergo eos nactus fuerit Diabolus, qui Dei iu[illegible]
dicio in illius potestate traditi sint, tunc equi illius fiunt et ipsi
ipsorum equites: qui si forti valentissimi et potentissimi sint, per illo[illegible]
omnia audet, omnia tentat. Nam ut exercitus potior et valido[illegible]
pars est equitatus: ita in exercitu Daemonum omnium deterio[illegible]
res sunt illi, quorum arbitrio traditi sunt homines. [illegible]
fortis armatus generosum et ferocem equum habuerit, e quo
pugnet, inexpugnabilis fere videtur, et ad expugnandum et
perdendum plurimum valet: Ut enim Dei equitatus est salua[illegible]
tio: ita Diaboli equitatus est perditio: Sed Dei equitatus tan[illegible]
Diaboli equitatu est ualentior, quo Deus Diabolo praestat.

Am. 5. Equi etiam [illegible] [illegible] [illegible] placet, qui illud, Amos, Nunquid
currere in petris possunt equi, exponit, Equites sunt aduersariae potestatis
[illegible] iustum non possunt, cursibus praeditis, et per singulas petras corruunt
Isti equi contrariae fortitudines, qui insaniunt ad feminas, quando viri [illegible]
viderint animam, et Dei fortitudine roboratam, non audent accede[illegible]
[illegible] [illegible] effeminatam [illegible], ut unguentis ac delitijs enervatam
[illegible] in mulierem versam mollitie, statim insaniunt, et se tenere non pos[illegible]
sunt, et gestiunt ad libidinem [illegible].

+V Ericius apud Isaiam et Sophoniam appellatur Diabolus, etsi
Isa. 34 Sop. 2 D. Hieronymus et Gregorius ad [illegible] mentes et idolatras, qui in eis essent,
qui in Iudaea essent habitaturi: uerum omnium cum caput sit
Diabolus, sibi etiam nomen huiusmodi competit. Nam ipse Diabolus
nihil aliud est, quam quaedam mala mens, et malus animus, quem
Ericio delineatur: de quo dicens Gregorius [illegible] scribit super illud
Isaiae: Ibi habet foueam Ericius. Ericij quippe nomine impuræ mentis sese callide defendentis duplicitas designatur: quia uidelicet
Ericius cum apprehenditur, et caput eius cernitur, et pedes uidentur,
et corpus omne conspicitur: sed cum apprehensus fuerit, semetipsum
in sphaeram colligit: et pedes introrsus subtrahit, caput abscondit,
et intra tenentis manus totus simul amittitur, qui totus simul ante uidebatur, sic nimirum, sic impuræ mentes sunt, cum in suis excessibus
comprehenduntur. Hæc ille. Quæ, D. Hieronymus ad Dæmones
refert: et reuera (ait) si consideremus de diuersis gentibus adductas
in Hierusalem colonias, et iuxta eorum prouinciarum suarum singulas
familias propriorum Dæmonum coluisse numina. Hæc omnia
in Hierusalem habitasse firmabimus. Hæc ille. Ericio itaque
comparatur Diabolus, quod ut ille est animal frigidissimum et
nocturnum, quod interdiu latet, et noctu ex cauernis prodit: ita
Diabolus omni prorsus caret humanitatis calore, et totus iniquitate
alget, non aperte, sed clanculum prodiens, ut prodat facilius:
Et ut ille est totus aculeatus, et spinis istiusmodi ex omni
parte sit nocuus: ita Diabolus non nisi nocere possit, et quae sunt
attingit, transfigit, se se modo ostendens, modo in globum contrahens,

caput et pedes abscondens, ne [illegible] deprehendatur, sed incautos [illegible]
Ut enim Ericius ita spinis vallatus et circumseptus est, ut a nullo laedi
possit, et ipse omnes laedere queat: ita Diabolus est penitus invulne-
rabilis, et ceteros vulnerari potest: et cum illo nemo manus [illegible]
nisi maxima cum sui laesione agere potest. semper enim ~~prodest~~ obest,
nunquam alicui ~~obest~~ prodest. Hic in cordis latebris latitat, lucem
fugiens et abhorrescens: quia amat mendacium, et veritatis lucem
odit: propterea de illo Dominus inquit: In veritate non stetit:
nec venit ad lucem, ut non arguantur opera eius. Ideireo et
caput abscondit, ne lumen videat, et pedes contrahit, qui sunt
opera eius, quae ignorantiae tenebris involuit: ne eorum perver-
versitas deprehendatur. Totus est ipse [illegible], totus [illegible]
totus tenebrosus, sicut Ericius.

42 Erodion vide Milui

43 Exactor appellatur Diabolus a D. Iob, Isaia, et Domino, qui apud Lucam de eo ita disserit: Cum contendis in uia cum aduersario tuo, da operam liberari ab eo, ne forte trahat te ad iudicem, et iudex tradat te exactori, et exactor mittat te in carcerem: dico tibi, non exibis inde, donec soluas ultimum quadrantem: In condonandis iniurijs faciles nos esse debere dum sumus in hac uita, quae ceu uia omnibus est proposita, qua uel ad miseriam uel felicitatem perpetuam peruenimus docet: ne forte si in hoc perdifficiles fuerimus, poenas luamus [illegible], a nobis per exactorem seuerissimum Diabolum exigendas: cum enim ille perpetuas suae nequitiae penas soluat perpetuis flammis diuinae ultionis affectus, [illegible] ab omnibus [illegible] exactor, non quidem iustitiae zelo, sed odio potius incensus, non ut Dei uoluntati obtemperet, sed ut suam expleat saeuitiam. Exigit ille in primis tanquam tributum, non unum aut alterum peccatum, sed omnia simul peccata, ut eorum omnium et exigat, et soluat penas: Propterea dicit Dominus: Non exibis inde, donec soluas ultimum quadrantem: cui nullam uel leuissimam culpam inultam abire permittat diuina iustitia. Huius tam seueram et duram exactionem, iugum, uirgam et sceptrum super humeros hominis impositum per Christum superandum et tollendum appellat Isaias: Iugum oneris eius, inquit, et uirgam humeri eius, et sceptrum exactoris superasti sicut in diebus Madian: Sicut enim Christus nobis obtinuit, ut qui [illegible] dimitterentur omnia peccata: ita ut [illegible] Diabolo exigendi locus a Christi fidelibus: cum praeuenerit ipse Dei filius, pro illis satis superque fecerit: Propterea idem Isaias alias

Iob 39
Isa. 9. 14
Luc. 12

Quomodo, ait, cessavit exactor? Hinc est quod iusti et electi Dei non audiunt, ut testatur Job, vocem exactoris, cum vel peccata eis vel poenas aeternas illis comminatur. Quem locum exponens D. Gregorius: Quis, inquit, in hac vita exactor alius, nisi diabolus potest intelligi? qui semel in paradiso hominem qui semel male suasionis nummum commisit, et quotidie ab eo hunc debiti exigere reatum quaerit. Huius exactoris sermo est [illegible] suggestionis insinuatio: huius exactoris clamor est iam non levis, sed violenta [illegible]. Hic exactor [illegible] cum leviter suggerit, clamat, cum fortiter [illegible]: et infra: Huius exactoris est ante mortem astuta persuasio: huius vero clamor est quo se morte videt [illegible]. Huius sermonem et clamorem non audit, qui Christum audit dicentem: Qui credit in me, mortem non gustabit, et in iudicium non venit, et ex corde dimittit debitoribus suis. Origenes super Lucam Hom. 23 Diabolum [illegible] [illegible], qui tributum ab hac vita exeuntibus exigit, inquiens: Cum exierimus e seculo, et haec vita [illegible] [illegible] commutata quidam in finibus [illegible] sedentes, veluti publicanorum officio diligenti perscrutantes ne quid sui in nobis inveniant. Videtur mihi princeps seculi huius quasi publicanus esse: unde scriptum est de eo: Venit princeps mundi istius et in me habet nihil etc. Videndum est itaque nobis ne aliquid apud nos sit principis mundi huius, ne illud a nobis cum debitis exigat supplicium. ~~Vide Minister~~ Plutarchus [illegible] usura optime malignorum spirituum in exigendis poenis saevitiam descripsit: Esset, inquit, sane gravissimum servire cum iniquis barbaris ac agrestibus servis, quos Plato ait ignitos ac poenarum exactores, improborum animas apud inferos torquere: Etenim illi quoque [illegible] [illegible] debitoribus miseris esse demonstrant vulturum instar eos devorantes, ac laniantes, immisso rostro condentes, caeteris autem velut Tantalo insistentes, eos ne ex propriis quid gustare seu lingere valeant, arcent. Hucusque ille. Vide Minister.

44 Excisio vide Negocium

Exterminatio

45 Exterminator et Exterminium vide Abaddon

46 Faber vide Angelis uerbo Fabri

47 Fauni vide Satyri

48 Filius Auroræ vide Lucifer

49 Finis uniuersæ carnis, qui coram Deo uenerit apud Moisem. Tal:
Gen. 6 mudistis est Satan Heb. קץ Chez appelatus, quod finem
et interitum totius generis hominum percupiat et procuret.
Venit autem coram Domino non locali ~~non locali~~ sed spiri:
tali motu sicut etiam coram eodem uenisse dicitur, cum ut
Job. 1. Jobum uirum justissimum perderet, petierit: et cum staret
Zac. 3 apud Zachariam coram Angelo, ut aduersaretur magno
Sacerdoti Jesu, ne populum a captiuitate abduceret, et reæ=
dificaretur Hierusalem: cuius perdendæ desiderium, etiam
Luc. 22 Dominus explicuit, Petro dicens: Satanas expetiuit, ut cri=
braret nos, sicut triticum. Ita autem finem omnium interitu cupit,
ut, si fieri posset, neque Deum ipsum esse uellit, sed eius finem perci=
piat: ut simul ipsius miseria sempiterna uel sic finem ali=
quando haberet. Qui ergo fuerat totius carnis praecipua
corruptio, idem illius interitum et finem exigit, tanquam
suæ nequitiæ debitum. ...

Finis porro, est rerum omnium extremum, quod est omnium pessi=
mum: is est Diabolus, cuius malitia omnes limites, et confi=
nia excedit. Aristoteles extremum omnium malorum appel=
lauit mortem: quod omnia mala superet. Sed nobis ipsa
morte deterior est Diabolus, qui mortis autor est et origo fuit,
~~et~~ peccati, quod ipsa mortis. et horribilius est finis (sc.) uniuersæ carnis ue=
nit coram me: Propterea (subdit) Ego disperdam uni=
uersam cum terra: quia totum hominem in anima e-

in corpore peccato infecerat Diabolus: Ideo necess. erat, u
ille à Deo conficeretur si homo servari debebat: nam in Chr
aduen[illegible] peccatum (ut testatur Daniel) finem habiturum er
[Dan. 9.] Septuaginta, inquit Ange[lus], hebdomades abbreuiatæ sunt
super populum tuum, et super urbem sanctam tuam, ut consum
tur prævaricatio, et finem accipiat peccatum, et deleatur iniq
tas, et adducatur iustitia sempiterna, et ungatur sanctus san
rum. Erit itaque Christus finis peccati et iniquitatis, et finis
Diaboli et mortis: nouissim[e] enim destruetur inimicus mor
Ut itaque Diabolus est finis idest perditio et exterminium
[A exterminium diaboli peccati mortis] uniuersæ carnis: ita Christus est finis idest [illegible] autem, et re
demptio omnium electorum. Finis et [illegible] est appellatus,
Finem et perfectionem rebus omnibus imponens.
[Aug. i[n] Io. trac. x.] D. Augustino duplex est finis, alter qui consumptionem, alter qui consumma
tionem dicit. Aliter. n. (inquit ille) dicit, finiui panem, aliter, finiui tunicam; Finiu
panem manducando, Finiui tunicam texendo, panis finitur ut non sit, tunica
finitur ut perfecta sit. Hæc ille. Finis est ergo Diabolus uniuersæ carnis ut
non sit sed deleatur. Finis est Christus ut caro omnis perfecta sit et saluet
Finis est peccati diaboli et mortis ut non sit sed deleatur. Hos duos fines
unico uerbo Christus complexus est in cruce clamans et animam in manus patris com
mendans et dicens consummatum est.

50 Fortis dictus est Diabolus apud D. Lucam. Cum fortis ar=
Luc. ij matus custodit atrium suum etc. Fortis autem est non animi
uirtute et constantia, sed uiribus tantum ... pertinacia quadam
Iob. 40 in malo: propterea de eo ... dicit: cuius fortitudo in
lumbis eius: significat enim fortitudinem Diaboli ad ma=
lum tantum ualere, cum pertinaciter illud agit, et indefesse
et in primis in libidine, cuius sedes sunt lumbi, fortitudine
eius esse collocatam ~~significat~~ dicit. Abusiue itaque fortis dicitur,
cum alioqui debilis sit, et imbecillis, si praesertim resistentem
inuenerit: nam si consensum ... praebuerit, fit aliena im=
becillitate ualentior. Armatus autem dicitur ut eius imbecilli=
tas simul demonstretur: non enim nisi imbecilles armantur:
ut quod uiribus non possunt, armis saltem assequantur: Arma
autem Diaboli artes illius sunt, quibus nocere nobis studet:
quae uasa illius appellantur, in quibus plurimum confidit.
Ea autem sunt peccata quae mortalibus suggerit, ut eos sibi
subijciat et conficiat. Aliena itaque imbecillitate fortis effi=
citur, et nostra fortitudine fit imbecillis. Propterea D.
.1. pet. 5 Petrus nos monitos facit, ut fortiter in fide ei resistamus,
etsi Leonis fortitudinem praeseferat: D. enim Iacobus
Iac. 4 attestatur, nostra resistentia et contradictione fugam esse
arrepturum; et praesertim telis eius ignitis scutum fidei
obijciatur. Est quidem ille Leo, et serpens fortissimus: sed
cum Leo et serpens ille aeneus confregerit illius caput, et
direptis eius armis illum traduxerit, et captiuum fecerit,
non est cur ab illius tyrannica potentia et fortitudine nobis
sit timendum, sed ei potius nobis est tanquam cleuato, et

superato Goliat illudendum: sicut docet Propheta in
ose. 13. Christum prospiciens: ubi est mors victoria tua? ubi
inferne morsus tuus? ubi Satan ~~forti~~ fortitudo tua?
Nam Christus his omnibus fortior eorum omnium vires
ita eneruauit, ut nulla damnatio sit his, qui fide spe cha-
rate in eo inueniuntur: ab illo enim et per illum tantas con-
sequuntur vires, quibus sub pedibus suis fortissimum hunc
armatum possit subijcere et conterere. Sed cur non solum
fortem eum dixit, sed armatum? nempe quod non solum
ad lædendum [illegible] valeat, sed quod factus est
Job 41 ut ait Job, ut nullum timeat ~~nisi solum Deum~~. Quem-
admodum nemo timet sibi, qui armis sit optime ornatus.
Diabolus autem cum sit inuulnerabilis armatus dicitur:
lædere siquidem nos ille potest, lædi vero a nobis non potest.
Fortiorem quidem ille nobis natura, ut ait D. Hieronymus, sed nos fide illo forti-
ores sumus. propterea D. Petrus nos monet ut fortes in fide illi resistamus. Quem-
lib. 4 admodum scribit Origenes contra Celsum inter homines hominibus alij quam
validiores sint, ~~vel agilitate~~ ipsa vel viribus, [illegible] fortiores mi-
nime extiterint. et generatim omnes fortes sine [illegible]

Fur

54 Fur et Latro apud Ieremiam D. Hieronymo interprete est
Ose. 7 Diabolus. Et fur, inquit, ingressus est, spolians latrunculus
Luc. 12 foris. De quo etiam Dominus apud Lucam: Thesaurizate
inquit, vobis thesauros in cælis, quo fur non appropriat:
Io. 10 Et apud Ioannem: Qui non intrat per ostium fur est et latro.
~~Hæc in veteri testamento~~ Ose loquitur de Hieroboam, qui instar furis ingressus
est ad populum Israel: et quasi latrunculus infelicem plebem
Dei spoliauit auxilio: et in nouo de Hæreticis, interpretante
D. Hieronymus: per illos enim, ait, ingressus est fur, et latro
Diabolus in Ecclesiam: Fures ~~inquit~~, subdit, insidiantur et
occulta fraude decipiunt: qui enim furantur nocte furantur, et
in tenebris: Vnde signanter ait Oseas, quod fur ingressus
eam sit, et latrunculus expoliet foris: Non enim possunt ex-
poliare ueste Christi, quos tenuerunt, nisi eos de Ecclesia
foris eduxerint. Hæc ille. Fur est ergo Diabolus quod rapi-
nam arbitratus sit se esse æqualem Deo, diuinos honores sibi
arrogans, et per idolatriam eos surripiens. Latro uero est
qui inuadit et perdit, qui non solum diuinis muneribus pri-
mos illos parentes et posteritatem illorum spoliauit, sed plagis
impositis eam infinitis implicauit malis, et duplici morte eam
fecit, semiuiuam eam relinquens; D. Ioannes Chrisostomus
Matt. 24 super illud Matthæi: Scitote quoniam si sciret pater familias
qua hora fur ueniret, uigilaret utique et non sineret perfodi do-
mum suam: Pater, inquit, familias est unusquisque secundum
animam in domo patris sui: Fur autem Diabolus est: Domus
autem corpora nostra: Ianuæ sunt os et aures: Fenestræ autem
oculi. Sicut ergo per ianuas et fenestras cito ingreditur latro

Hier. 9.

et spoliat patrem familias, sic per os et aures et oculos eo[...] iis [...] ... inuenit Diabolus occasionem ad animam et facit eam captiuam: sicut et in Hieremia tale aliquid scriptum est: Quia m[ors] intrauit per fenestras nostras. Haec ille. Nam et Eua [...] mater, ut ad Diaboli persuasionem uidit quod ne[...] bonum esset ad uescendum, et pulchrum oculis ad uidendum, illi auscultauit, et immortalitatis innocentiae stolam amisit. Sepiendae sunt ergo aures, oculi claudendi, et os [...] fur et latro ingrediatur in nos, mactet et perdat. Daemones ergo [...] latrones sunt illi, in quos incidit homo ille descendens ab Hierusalem in Ierico, quem spoliauerunt, et plagis impositis, ac semiuiuo eo relicto abierunt: cui neque Sacerdos neque Leuita praetereuntes opem aliquam attulerunt: et quidem a Samaritano, oleo et uino [...], sanitati est restitutus, eius plagis alligatis et curatis: Qui quidem Samaritanus custos interpretatus est, qui suae charitatis oleo, et penitentiae uino, [...] infirmitates nostras curauit, in quas, Diabolo impellente, cecidimus, a quo cunctis bonis spoliati eramus: quia fur est et latro, aliena rapiens, et propterea dignus aeterno suppl[icio].

Fulgur

52 Fulgur e cœlo cadens apud D. Lucam appellatus est Satanas:
Luc. 10 inquit Dominus, Satanam sicut fulgur de cœlo cadentem. Ortum
et occasum Satanæ fulguris similitudine demonstrat: quem cum se
vidisse asserit, significat generationem suam fuisse æternam iuxta
illud, Ante Luciferum genui te: Satanæ vero ortum in tempore exti-
tisse, quem paullo momento occidisse videamus. Fulgur enim eodem
fere momento extinguitur, quo fit. nam et Satanas vix a Deo opti-
mus creatus, pessimus est effectus, et lux illa, in qua conditus fuerat,
in tenebras est conversa: Non enim (ait Dominus) in veritate stetit,
sed statim ab illa in mendacium est prolapsus: Ut autem fulgur ex
collisione nubium cum fragore fit: ita Satanæ casus non sine bono-
rum Angelorum contradictione factus est. Nam (ut ait D. Ioannes) factum
Ap. 12 est bellum magnum in cœlo: Michael et Angeli eius præ-
liabantur contra Diabolum, eumque e cœlo exturbarunt. Cum itaque ille
malus spiritus ira et odio quasi igne sit incensus et in parte illa
aeris crassissima et frigidiss.a sit relegatus, fulguri non per anti-
phrasim comparatur calidi et frigidi, gignitur, compositione: quod
fulgorem comparatum statim amiserit. Qui quia Angelus lucis fue-
rat conditus, per peccatum princeps tenebrarum est factus. Diabo-
lum autem ideo factum fuisse crediderim, ut omnium gentium, sicut
docet D. [illegible], consensu [illegible] fulgetra adorarentur: Ita enim ille
suum casum honestare voluit: sed Christus non fulgetrum, sed fulgur
Satanam appellavit, quamvis fulgur sine fulgetro non fiat.
Fulguri etiam illum comparavit quod illud semper sit perniciosum.
Quæ sicca sunt (scribit Plinius) non adurunt, sed dissipant: quæ
humida, non urunt, sed infuscant: Tertium est quod clarum vocant
mirificæ maxime naturæ, quo dolia exhauriuntur intactis operimentis

nullo alio uestitu [illegible]. Diabolus enim quem auaritia, auaritia [illegible]
dissipat luxuria, offuscat ignorantia, et [illegible] animam
et uirtutes omnes perdit. Fulgur est splendor [illegible]
Igne enim et sulphure perpetuo Diabolus (ut D. Joannes docet in
Apocalipsi) [illegible]. cuius nunc quoque flagrat odorem, ut
suae damnationis etiam nunc poenas luat. Habet enim semper in
se ipso pro sua iniquitate supplicium condignum, et semper et
in omnibus male olet, tunc etiam cum in Angelum lucis se
transformat. Nam enim lux [illegible] sulphurea est et [illegible]
sulphur enim et ignis Diaboli et [illegible] supplici-
um est perpetuum.

52 Gigas a Iobo appellatus est Satan, qui [illegible]
Iob. 16 / Iob. 26 — est: Et Isaias item malignos spiritus Gigantes sub aquis gemere [illegible]
[illegible]: Subtiles enim aliquos [illegible] esse [illegible], ut ibi [illegible]
[illegible]. Siquidem quod [illegible] Gigantibus, qui Deo bellum [illegible]
[illegible], a quo sint [illegible] [illegible] spiritum
[illegible] significationem habet. Nam etiam Moises Gigan-
Gen. 6 — tes [illegible] Dei contemptores, et [illegible] oppressores [illegible]
[illegible] [illegible] Gigan-
tes appellavit. [illegible] corpore [illegible]
[illegible] et [illegible] [illegible]. Satanas
ergo Gigas appellatur, quod non solum viribus præcæteris [illegible]
sed quod [illegible] et in Dei contemp-
tu [illegible]. In quo [illegible] illius arrogantia et [illegible]
strata, quæ [illegible] humilitate est [illegible]. Quamvis [illegible]
Satan sit viribus [illegible] et [illegible] [illegible].
Christus tamen illo est longe valentior et fortior, [illegible]
verbo illum [illegible] invalidum [illegible].
Gigas autem Hebr. נפל Nephel [illegible]
qui [illegible] mortuus: unde [illegible]
[illegible] quasi qui [illegible] ceciderit. [illegible]
gantes [illegible]
[illegible]. Quare vide sit Diabolus Gigas, [illegible]
dicitur: quia [illegible]
in innocentia esset confirmatus. Mortuus autem dicitur, cum vita
[illegible] et [illegible] felix et [illegible]
[illegible] et [illegible]
[illegible] qui [illegible]

cadere coactus sit, non secus ac si immanem gigantem uideret contra se armatum. Dicitur etiam Gigas idest נפל Nefel idest Ca[illegible] quod ille semper de malo in peius ruat et cadat, nullum unquam cadendi finem faciens, neque alijs quoque ullum cadendi et peccandi [illegible] perscribens, sed et ipse semper cadit, et alijs semper [illegible] faciat.

Deut. 2 Idem enim apud Moisen appellantur האמים Hemim [illegible] terribiles sonat, de quibus [illegible] sacra Horribiles.

in Num cap. 12 hom. 7. Origenes, Necesse est inquit spirituales nequitias, quae in coelestibus esse dicuntur, quae sunt ueri cananei uinci a te, ut expulsis ad coelestia regna peruenire possis, uerum pro illis habitus [illegible], scito tamen gigantes eos esse. Gigas dicitur omnis qui aduersus deum resistit. Quicunque ergo aduersatur deo, et contrarius est ueritati, quod isti principaliter faciunt merito gigas appellatur. Tibi ergo prestatur, ut deuictis gigantibus intres in Regnum quod illi possidebant, ut

Isa. [illegible] impleatur quod scriptum est, qui accipiet a gigante spolia, unde et Dominus dicit

Matt. 12. hoc in euangelio, Nemo potest intrare in domum fortis, et diripere uasa eius, nisi prius alligauerit fortem. qui licet propter superbiam suam, a domo coelesti [illegible] sit deiectus, pro tamen nisi [illegible] non intrauit in domum [illegible]. Nec uinci solum uerum et alligari illum oportet, nisi enim alligetur haudquaquam tutum esse poterit iter nostrum. Nunc ergo quantum ad comparationem humanae et demoniacae naturae nos locustae sumus, et illi gigantes, et praecipue si dubia sit fides nostra, et si nos locustae sumus, et illi gigantes. Si uero sequamur [illegible] incredulitas illi uere gigantes erunt et nos locustae. Si uero sequamur Iesum, et credamus uerbis eius ac fide eius repleamur, tanquam nihil erunt in conspectu nostro et nos in [illegible].

in 4. Idem contra Celsum [illegible] constat esse hos demones et ut ita dicam [illegible] giganteum quendam, erga uerum deum et coelestes angelos, ad spiritus refractarios et in coelo praecipitatos [illegible] ut plane [illegible] humanum genus a uero deo [illegible].

53 Homicida ab initio appellatus est Satan, serpens ille antiquus
Jo: 8. a Domino, quod primos illos nostri generis authores, in corpo-
re et in anima occiderit: cum per peccatum innocentia et
immortalitatis munere ab eo breui orbatis, et peccati ac mortis
reis effectis: sic enim in sententiam illam Dei incurrit: In qua
Gen. 3. die comederis de ligno scientiæ boni et mali morte morieris, mor-
tem duplicem corporis scilicet et animæ incurres. Quod
cum Satanæ instigatione sit factum, merito Homicida est appella-
tus: qui non solum primos parentes illos, sed etiam illorum poste-
ritatem in utroque homine occiderit, per peccatum animam [illegible]
gratia, corpus vero incorruptione privans. Omnium homi-
cidiorum authorem et instigatorem eum esse [illegible]
illum homicidam appellans: ipse Cainum impium in Abelem
iustum concitauit: cum enim ille nec in Deum neque in Angelos
sæuire possit, in hominum tamen imaginem et similitudinem
fertur, ut illam destruat et conficiat: quæ est ipse homo, quam
delere omnino peruenit. Quod si sibi permitteretur, vel uno mo-
mento omnes homines de medio tolleret, sicut Ægyptiorum
Mat. 8 primogenitos sustulit: et sicut gregem porcorum apud Matthæum
præcipitem egit in mare, et suffocauit. Ipse in Iudam ingressus
et Iudæos possidens Deicidium in Christo perpetrauit, et mo[illegible]
tus est, quod hominis in [illegible] apparuisset in terris: prophetas
et Apostolos, et Martyres morte affecit: et denique homicidi-
orum perpetratores [illegible] omnium: et solus homicida vere dici possit,
qui nihil magis cupit et curat, quam hominem occidere, quem
sibi a Deo antepositum molestissime fert, et [illegible].

54 Horribiles, [ins: ita] [illegible] et venient super eum [illegible] scilicet:
Qui hoc loco, inquit D. Gregorius, terribiles nisi malignos
spiritus appellavit? [illegible] infelicem [illegible], ex [illegible]
[illegible], qui vadunt, et venient super [illegible]: quia dicit [illegible]
[illegible] et [illegible] [illegible], tot malignis spiritibus
eius animus quasi [illegible] et [illegible] [illegible]. [illegible]
nomen Heb. אימים Emim: quo nomine omnia Idola, Dii
commenta, venire volunt: quod suis cultoribus terrori sint, et [illegible]
[illegible] tamen [illegible] et abominandi [illegible]. Sed terribiles
propterea Daemones dici arbitror: quod qui suis cultoribus se
placidos [illegible] ostendunt, mox eos in [illegible] horribiles sint
sensuri. Ut enim facilius decipiant placidos ac benevolos se
[illegible]. sed tandem sese horribiles [illegible], ut in [illegible]
desperationem suos cultores adducant.
Daemones autem [illegible] horribiles, seu terribiles dicendi [illegible]
habendi sint qua [illegible] apud [illegible] magnus [illegible] apud
[illegible] maxime [illegible] significat. [illegible]
horribilis despiciendus et abominandus [illegible] iuxta illud Virgilii
[illegible] horror membra quatit, simul ipsa silentia terrent, Et
horrendum ingens. Ut enim nihil pulchrius et spectabilius sanctissimis
Angelis [illegible] horribilius [illegible]
[illegible] est [illegible]. Quod [illegible] horrendum [illegible]
[illegible] horribiliter [illegible] potestatem devenisse. [illegible] horribilis satis
Iob 16. [illegible] terribilibus [illegible] solo enim suo aspectu
miserum reddere potest [illegible].

Idolor[illegible]

55 Illusor apud Isaiam. 29. , teste Hieronymo assertore, Diabolus est

Isa. 29. appellatus: Pauperes, inquit, hominis in sancto Israel exultabunt: quoniam defecit qui praevalebat; consummatus est illusor: et succisi sunt omnes, qui vigilabant super iniquitatem: qui peccare faciebant homines in verbo etc. [illegible] illusor [illegible] bus [illegible] Heb. [illegible] qui [illegible] verbis [illegible] praecavillam obsecrabat: Propterea de illo dicit, Peccare faciebat hominem; quod

ib. peccare faciebat Adam, ita enim in Heb. [illegible] in verbo. Illusor autem et derisor potissimum fuit, eum suis verbis decipiens [illegible] ipsa intime eum deridens,

Gen. 3. Cur, inquit, praecepit vobis Dominus ne comederetis de omni ligno paradisi: Nequaquam [illegible] moriemini. et ita errare fecit illos in verbo. nimis enim [illegible] quam Deo credentes [illegible], a Deo descisceren-tes. [illegible] [illegible] se et [illegible] ~~et [illegible]~~ eum [illegible] omnes homines [illegible] [illegible] et illos a verbo [illegible], et [illegible]. Illusor est appellatus et derisor. Omnia enim ille Dei opera et verba deridet contemnit et [illegible] facit, eaque in contemptum adducere omnibus conatur. Sic Christo ipsi Domino illudere pertentavit, ut errare faceret eum in verbo, obijciens ei: Si Filius Dei es, dic ut lapides isti

Matt. 4. panes fiant: sed illusor delusus ab eo discessit. Hinc de illusorum [illegible] de quibus David: Et in cathedra [illegible] non

psal. 1. sedit; ubi editio nostra habet: Et in cathedra pestilentiae non sedit: quod [illegible] homines pestilentissimi sint, et pernitiosissimi qui divina tum opera tum verba derident. De hoc

psal. 103. [illegible] David [illegible] dicens. Draco iste, quem formasti ad illudendum ei, [illegible] et [illegible] in [illegible]

ut moneat omnibus esse cavendum ab hoc illusore: quia, ut ait sapiens
Deo est abominabilis, qui illusores [illegible] subsannabit. Consu-
mmatus inquit [illegible] Hieronymus illusor [illegible] vocans et super
bus, qui omnibus illudebat, [illegible] et [illegible] dixerat:
[illegible]mbibones sunt [illegible] illusionibus. Et succisi sunt [illegible]
omnes qui vigilabant super iniquitatem: quorum propter [illegible]
[illegible] non [illegible] introitus: Qui peccare faciebat homines
sum [illegible] in verbo blasphemia: ut negarent verbum
Dei, et in caelum ponerent os suum. Significat autem Damo-
nes qui [illegible] facie[illegible] omnes [illegible] peccare in
sermone variis dogmatibus blasphemantes. [illegible] in
por[illegible] iudicio subsannabant, et iustitia declinare faciebant
Quibus nos super Pharaone et [illegible] eius intelleximus. [illegible]

Johannes

56 Immundus spiritus appellatur Diabolus in primis a Domino
Matt. 10 apud Evangelistas. Et convocatis (scribit Mattheus)
duodecim discipulis suis, dedit eis potestatem super spiritus immundos.
Mar. 1 Et apud D. Marcum: Exclamat spiritus immundus: venisti ante
tempus perdere nos etc. Idem habetur apud Lucam. Neque reperi-
tur in sacra historia antiqua aliquem Dæmone obsessum fuisse
ab aliquo sacerdotum, patrum et prophetarum liberatum. Erat
enim soli Christo et secundo illius fuit relictum: sicuti Zacharia
ab illo conscriptum est: Et erit (inquit) in illa die, dicit Dominus
Zac. 13 exercituum: disperdam nomina idolorum de terra, et non
memorabuntur ultra: Et pseudoprophetas et spiritum immundum
auferam de terra. Abstulit autem a terra Christus spiritum
immundum, quando Regnum illius, quo cunctis per idolatriam
dominabatur, sustulit, et ipsum foras eiecit: non ut non esset
sed ne amplius regnaret, et tanquam Deus coleretur. Immundus
autem propterea dicitur, quod immunditiis omnibus scatiat et
quicquid ille attigerit, contaminet et immundum reddat. Quodsi
sunt immunda, quae aliqui ab ipso creata sunt, et bona appellata,
summopere abominetur, et populo suo prohibeat tangenda:
quanto magis Diabolum odio habet, qui est ipsa immunditia.
et ab illius consuetudine nobis est cavendum. Qui enim tangit
Ecc. 13 picem (inquit Sapiens) inquinabitur ab ea. Ab omnibus
itaque immunditiis peccatorum nobis est cavendum, quibus oblectatur
ipse Diabolus: et quarum omnium ipse est autor et suggestor.
Col. 3 Fornicatio (ait D. Paulus) et omnis immunditia nec nominetur
Iac. 1 in vobis: Et D. Iacobus admonet nos ut omnem abiiciamus

abijciamus im[illegible]ndiciam animi scilicet et corporis. [illegible]tramq namq sec[illegible]
~~cola~~ spiritus i. e. immundus. Immundis enim, inquit D. [illegible]us, m[illegible]i[illegible]mun-
dum: quicquid est Diabolus[illegible] ius immundicia. totus m[illegible] est.
Immunda autem extra castra ut abijciantur, praecipit Deus.
[illegible] Christus erat eijciens spiritum immundum. A[illegible]
ait Dominus [illegible]erra spiritum immundum. Per im[illegible]
[illegible] omnia quidem uitia, quibus mens et animus c[illegible]
sed imprimis carnis [illegible] est habendus: cuius potissimum est
incensor Diabolus: ut per carnis uoluptates animum a Deo auertat,
et Deum ab illa elonget: qui cum m[illegible]us sit, m[illegible] etiam se[illegible]
et immunda abominatur.

Imnius

57 Impius dictus est Diabolus apud D. Hieronymum super 16 psalmi: Exurge Domine, preueni eum et supplanta eum; eripe animam meam ab impio etc. Siue hunc, siue sola medietate impius hic est Diabolus. Et apud D. Gregorium super 9 Job: Terra data est in manum impii: a Diabolo interpretatur.

psal. 16.

Job. 9.

Aliud autem est peccatorem esse, et impium esse. non enim qui peccator est statim impius est: etsi impius omnis peccator est: est enim impietas omnium malorum radix. Impius itaq fuit Diabolus, peccator Adam. ... in Deum peccauit: iste non in Deum imediate sed mediante in verbum Dei: Ille nullo suggestore: Hic Diabolo impulsore: ille animo ... in Deum ... extitit: Hic uero ... penituit: Ille ... alios in suam impietatem pertraxit; Hic ... suam infecit. ille perpetuo in Deum ... : Hic qui peccauit ... Dei implorat ueniam. ... illum imitantur ... nomen consequuntur et poenam: qui uero Adamum sequuntur, etsi peccatores sint, pii tamen sunt et diuini: ... illi cum Diabolo iudicantur, et damnantur: ... isti cum ... absoluuntur a peccato et seruantur.

Impius ... dicitur Diabolus, quod omnem de Deo ... erit memoriam et cogitationem. nec ullo unquam ... affirmet ... tenetur: Deum enim non esse uellet, et homines de medio tollere optat, et in Deum et hominum odium omnes suas confert cogitationes. Unde merito solus impius iure dici potest cum ille ...

us fuerit et sit auctor et fautor. Verbum Heb. רשע
importunum sonat, inquietum, instabilem, criminosum, et damna-
tum: qui alios errare et peccare faciat, omnia perturbans, et
penitus deperditus sit: de quo Dominus: Cum immundus spiritus
exierit ab homine, ambulat per loca arida, quaerens requi-
em et non inueniens: est enim inquietum malum, et uelut
mare, quod nunquam quiescit: et omnia quae in eo sunt, mor-
tem intentant. Cuius reuera est Diabolus, qui neque quiescit
neque quiescere bonos neque alios quietos esse permittit, sed uaria
crimina et pericula omnibus intentat: sursum deorsumque omnia
perturbans et omnem (ut aiunt) lapidem mouens, ut homines
a pietate ad impietatem, a iustitia ad peccatum, a Deo ad
creaturas abducat: et omnes in suam perducat impietatem
quod est impii proprium. Ita ut nullus proprius impius di-
ci possit, quam ipse Diabolus totius impietatis fons et origo,
ac demum ipsamet impietas.

Incubi, uide spus

58 . Inuidus vide Malignus

59 Inimicus homo, qui scilicet per homines in agrum zizania
Matt. 13 idest haereses disseminat in agro Domini appellatur a Christo
Psal. 8. Diabolus: de quo et David: Ut destruas inimicum et ultorem.
destruas Idem autem et hostis dicitur, quod subdolus et perpetuus sit inimicus
irreconciliabilis, qui tunc etiam inimicitias gerat, cum ami-
citiam et benevolentiam praeseferat. Et propterea nusquam
illo fidendum esse, neque recipiendum, sicuti Christus nos
Matt. 4. suo docuit exemplo: cui cum omnia mundi regna, et gloriam
illorum ostendisset, et spopondisset, eum a se abegit dicens:
Abi post me Satana: Scriptum est enim: Dominum Deum
Mar. 1.4. tuum adorabis etc. Et cum alias eum extolleret, Scimus,
(inquit) quia tu es Christus, iussit eum tacere, et obmutescere.
Nam cum sit natura inimicus: et cum bona pollicetur et laudat
id hostiliter facit et sub melle felem et venenum mixtum
propinat. Semper itaque et in omnibus inimicus est, et hostis
vel apertus, vel simulatus. Et enim hostis callidissimus
et modo [illegible] malis et persecutionibus non assequitur id
blanditiis et pollicitis assequi conatur. Deum Opt. Max.
odit ipse quidem, et spiritus illos beatos, sed hominis potissi-
mum est inimicus et hostis: quod cum natura sit illo
inferior, et deterior, per Dei gratiam tamen maior sit illo
et praestantior: qui possit illi imperare, et pedibus suis illum
proculcare. Hinc itaque cum videat sibi praelatum, et in locum,
a quo ipse cecidit, constitutum, perpetuo et irreconciliabili
odio persequitur. [illegible] fuit [illegible] abidem contra eum

mouens, ut eum a tam sublimi gradu felicitatis exturbet, et in
suas aeternas conijciat miserias. Cum itaque inimico nulla unquam
nobis ineunda est pax, nulla induciae faciendae, sed persequendus
et occidendus nobis est gladio uerbi Dei. Persequemini, ait
Dominus, inimicos uestros. Quos inimicos, inquit Origenes
nisi ipsum Diabolum et Angelos eius, et spiritus malignos et
daemonia immunda? Persequemur ea, non solum ut a nobis
recessa faciamus, sed et ab alijs, quos incursant, si diuina prae
cepta seruemus. Et cadent in conspectu uestro morte. Cuius
morte? Arbitror quod nostra. Si enim nos mortem interimus
membris nostris, illi cadent in conspectu nostro etc. Gladius
autem cuius acie cadunt inimici nostri, sermo Dei est, qui
prosternit omnes inimicos nostros, et ponit eos sub pedibus
nostris. Haec ex illo. Quod ita sit declarauit Dominus Apostolis, ubi

hic io dicens. Ecce dedi uobis calcandi super serpentes et scorpiones, et super omnem
uirtutem inimici. Huius autem inimici uirtus ipsum uitium est et peccatum
quod diabolus non aliter proprie uirtus appellatur, quod ad perdendum uires
habeat. Tolle peccatum, tolle uitia, et simul uirtutis omnem [illegible]
inimici. Qui itaque peccatum et uitium calcat, diabolum calcat et [illegible]
inimicum ut nocere non ualeat.
Inimicus autem noster a Deo tunc declaratus est diabolus cum ei dixit Deus
Inimicitias ponam inter te et mulierem et semen tuum et semen illius, ipsa conteret
caput tuum. Est itaque perpetuus hostis et inimicus cum quo nulla pacis foedera
sunt ineunda sed omnino nobis sit confligendus et [illegible].

Lamia

60 Lamia seu Lania vorax sonat: et est nomen Dæmonis
Isa. 34 de quo habetur apud Isaiam: Ibi (ait) cubauit Lamia et
inuenit sibi requiem: ubi Heb. est לילית Lilit à לילה id est
nocte, quod est Dæmonium nocturnum, puerorum (ut aiunt)
interfector, spectris eos perterrefaciens. Quod etiam nomine
Strix appellatur: quæ est auis nocturna sic a stridendo appel-
lata, quæ infantium ubera (ut refert Plinius) sugunt et
sic enecant. Quod etsi ille fabulosum arbitratur in auibus stri-
gibus, in Dæmonijs tamen a vero non abhorret, qui omni-
bus modis hominum uitæ insidiantur, ut eos pessum dent.
Propterea eos Lamias id est vorantes appellarunt. Et ut
declararent quibus artibus uitæ hominum insidiantur. Nam
finxerunt Lamias feras quasdam esse facie muliebri
pernitiosa, et oculis perblandis, uberibus totoque pectore
adeo speciosas, ut nullo pictoris ingenio speciosius effingi
possit: quibus detectis homines in sui amorem alliciunt
capiuntque ac deuorant: Reliquo uero corpore squamis esse tecto.
Tre. 4 His Hieronymus in Trenis allusit: Sed et Lamiæ (inquit)
nudauerunt mamam, lactauerunt catulos suos. Unde etiam
Deut. 32 Moises Dæmones שעירים hircinos appellat. quod lasci-
uientes interpretari potest. Tunc mamas nudant, cum palam
peccata persuadent, et peruersa insinuant. et lactant, cum
in impietate decentios confirmant. Tunc enim Dæmones
nudant mamas et ubera, faciem mulieris suscipientes
cum uoluptatibus et luxuria cupidines obijciunt, et iis lactant

suos alumnos ut carnis concupiscentiis illecti, ab illis occidantur in anima, et devorentur in corpore. Nam etsi Diabolus quandoque pulcherrimam praeseferat speciem, toto tamen corpore est ut serpens squamis obsitus: quia extrema gaudii occupat luctus. Propterea quod habetur apud Hieremiam Lamiae: Heb. est. תנין Tanin id est Cete piscis ille magnus ad illudendum factus: de quo supra in verbo Illusor. Illudit siquidem ille dominis[?] per lubricas concupiscentiis carnis species obiectas: idq in nocte praesertim: quibus etiam noctis per spectra huiusmodi illudere consuevit.

61 Latro vide Fur.

62 Legio interrogatus Dæmon apud D. Marcum et Lucam nomen sibi esse respondit: quia (aiebat) multi sumus: ut vel sic significaret nullum esse Dæmonis proprium nomen, sed ab effectu nomina apud nos sortiri. Qui enim electi essent ad hominem illum torquendum, cum multi essent, Legio sunt dicti: nam Legio ex sex millibus peditibus et quingentis equitibus conficiebatur: quot forte erant Dæmones, qui convenerant, ut obsessum per illos hominem, contra Christi virtutem possiderent. Iam saepius experti fuerant illum vel solo verbo homines a Diaboli tyrannide oppressos liberos redditos fuisse: ipsos vero Dæmones ab illis exclamantes dixisse: Venisti ante tempus perdere nos. Propterea una ex fortioribus spiritibus conflata Legione, arbitrati sunt se Christi virtuti posse resistere et semel obsessum hominem in sua retinere potestate. Sed Christus eorum omnium conatus irritos reddidit, et eadem facilitate Dæmonum legionem eiecit, et prostravit, qua vel unum tantum eiecerit, et hominem liberaverit. Dicebat enim illis: Exi ab eo Spiritus immunde: quo verbo omnes simul torquebat et eos exire cogebat. Interrogavit autem Christus Dæmonis nomen, non ut ipse sciret, quod antea optime nosceret, sed ut nos sciremus non cum uno tantum Dæmone sed cum multis simul Dæmonijs esse luctandum, contra quos stare nemo mortalium possit, et a quibus diris modis laboramus. Solam vero Christi virtutem illis esse obijciendam.

Marc. 5
Luc. 8.

ut de illis uictoriam referre possimus. Non enim nobis colluctatio
est aduersus carnem et sanguinem (scribit S. Paulus) sed aduer-
sus spiritalia nequitiæ, aduersus principes et potestates aduer-
sus mundi rectores tenebrarum harum. Non itaq' cum uno
uel altero tantum Dæmone nobis res est, sed cum multis
et cum legione Dæmonum, idem iusto exercitu uiribus
ualidissimo. Sed cum ~~meus~~ Christus sit pro nobis ab illorum
psal. 26 uiribus non est timendum. Si consistant (inquit Dauid) aduer-
sum me castra hominum et Dæmonum, non timebit cor
meum: In hoc ego sperabo, qui uel ad uerbo omnes hostes
in fugam conijcere et prosternere potest. Contra siquidem
legio una Dæmonum multæ Angelorum myriades stant.
Matt. 26 Inquit enim Christus Petro: An, ait, putas quod rogare patrem
non possem, et ipse exhibebit mihi plusquam duodecim legio-
nes Angelorum? Etsi itaq' una legio Dæmonum habitantium
in sepulchris contra nos sit, pro nobis stant duodecim legio-
nes cælestis exercitus. Cum autem mentio fiat unius legio-
nis Dæmonum, Angelorum uero duodecim legionum
significat (uidelicet) plures esse Angelos bonos, quam malos:
Nosq' plures, ut Eliseus seruo dixit, pro nobis habere
quam contra nos.

63 Leo Diaboli [illegible]
Hic enim Leoni comparatur propter eius regiam potentiam et
fortitudinem: ille vero ob eius tyrannidem et sævitiam: Hic quod
rapit, ut salvet, ille ut perdat: Hic quia dormit ut suscitet, et
vivificet: ille ut occidat et mortificet: Hic ut suo rugitu consoletur,
ille ut perterrefaciat. De illius faucibus David [illegible]: Eripe
Psal. 7 animam meam de ore Leonis, ne forte rapiat, et non sit qui
1. Pet. 5. eripiat: Et D. Petrus: Vigilate et sobrij estote: quia adversarius
vester Diabolus tanquam Leo rugiens circuit quærens quem de-
voret, significat avide et cupide illum nostram desiderare,
et summa cum vigilantia curare perniciem: Non enim ille
dormit, aut dormitat: sed sicuti Leo conniventibus oculis
accumbit aliquando, ut valentior in prædam assurgat: Circuit
autem à dextris et sinistris insidias et laqueos tendens, ut de-
cipiat et capiat. Rapere autem videntur [illegible] vel [illegible]
nibus et [illegible], nec prosperis et blanditijs a [illegible] ad impieta-
tem, a iustitia ad peccatum homines pertrahit: et ita in [illegible]
illius [illegible] dicitur. In ore illius David tum coniectus fuit,
cum illo impostore et impulsore, adulterium et homicidium
perpetravit: [illegible] contra ius fasque populum numeravit. Ab illius
autem ore tunc fuit ereptus, cum penitentiam egit, et pecca-
tum suum confessus fuit. Ita enim dictum est, Dominus
.2. Reg. 12 transtulit peccatum tuum: Ita autem rapit Leo iste [illegible]
ut non sit qui eripiat, quando peccatum non sequitur vera
et salutaris penitentia: qua sola a potestate Diaboli liberari

possumus. Vt enim Leo cunctis animantibus viribus praestat: ita Dia-
bolus omnibus hominibus est validior, si sibi permittatur, nec di-
na virtute coerceatur. Vt ~~itaq~~ autem in Christo sunt omnes bonae
Leonis qualitates: ita in Diabolo sunt omnes illius malae qua-
~~litates~~: Quo ~~[illegible]~~ fit ut aliquando in bonam, aliquando in
malam partem in Sacris libris Leonis nomen usurpetur.
Fortis quidem et viribus valens est Leo Diabolus: sed illo
fortior est Christus et validior: De quo scriptum est: Vicit
Ap. 5. Leo de tribu Iuda: et in eo et per eum illo fortiores sunt
Christi fideles et sectatores, quibus potestas data est, ut con-
psal 90 culcent Leonem et Draconem. Leo quidem cum aper-
tas; Draco vero cum occultas nobiscum gerit inimicitias.
Rugire autem saevissimus Leo videtur, cum terribilibus
comminationibus a percepta fide nos deterrere studet: nam
tanti terroris ~~[illegible]~~ leonis rugitus esse ~~[illegible]~~ dicunt, ut illo solo alias feras
immotas prae timore faciat, ~~ut illas~~ quas pro suo libito rapiat et
devoret. Sed quamvis ferocissimus sit, et imperterritus,
eundem tamen Galli voce perterrefieri, et in fugam conijci
dicunt. Quicunque enim invocaverit nomen Domini, Diabolum
fugabit, et salvus ab ira illius erit.

cant 4 64 Leonardi etiam appellantur daemones a quibus evocatur sponsa, veni ait,
dilecta mea de cubilibus Leonum de montibus Leopardorum. Fuge (sic enim
ad Iovi. l. D. Hier. adducit, ut [illegible]) cubilia leonum, fuge superbia daemonum,
Fuge montes Leopardorum, qui possunt mutari varietatibus. Haec ille.

65 Leviathan apud Iobum et Isaiam est Diabolus. Maledicant
Iob. 3. 40. ei qui maledicunt diei, qui parati sunt suscitare Leviatan. et alias. An ex-
Isa. 27. trahere poteris Leviathan hamo? Et Isaias in Christi tempora
prospiciens: In die illa visitabit Dominus in gladio suo
duro grandi et forti super Leviatan serpentem vectem et super
Leviatan serpentem tortuosum: et occidet cetum qui in mari
est. Nomen vero Eiusmodi Luctus eorum Rabbi Davidi
D. vero Hieronymo Copulatio seu societas eorum sonat: et
significat, in Eos (dæmones) copulatos et coniunctos esse. ut luctum in quo
ipsi versantur perpetuo, alijs parent. Propterea dicet Dominus
Mat. 25. his qui a sinistris erunt: Ite maledicti in ignem æternum.
qui paratus est Diabolo et Angelis eius: ut qui se Diabolo per
peccatum copulaverint, eisdem afficiantur supplicijs. Nullam
ergo illi solatium afferre potest lætitiam, qui totus in squalore
et luctu versatur: neque aliud quam mærorem et luctum
operari potest. D. Hieronymus locum Iob explicans ita
scribit de Leviatan: Commutavit figuram [illegible], et
Diabolum, quem superius Behemoth translato nomine di-
xerat, eundem nunc Leviatan appellet: sed ibi eum
quasi bestiam dicit, quæ terras inhabitet, hic vero ita illum
nominat, qui velut in aquis maris consistat. Unde et alij
pro Leviatan Draconem dixerunt. Unde videri potest,
horrendum nescio quod genus Draconum sit, quod Leviatan
dicitur: cuius malitia atque potentia congrue Diabolus coæqua-
tur. Behemoth autem appellatur eo quod multi eum co sint.
Nam Behemoth latine plures sonare dicitur. unde ipse Dominus

eo est cum sociis et ministris. Leuiatan vero additamentum [illegible] interpretari. Qui in ore [illegible] nos [illegible], et excedens [illegible] conditionis [illegible], addit sibi superbiam, quasi supra naturae bonum [illegible] et morbum elationis excedit, proinde additamentum dicitur: Et Isaias de eo vaticinatur dicens: In die illa, siue passionis Christi tempore, siue in aduentu Iudicij eius visitabit Dominus etc. [illegible] Leuiatan Draconem [illegible] ait Dominus ad Iob [illegible] in aquis gentium [illegible], tu forsitan de mari populorum extrahere [illegible]: quem hamo virtutis meae per fidem credentium extrahere, et explicare disposui: et quae sequuntur.

[illegible] eundem locum explicat S. Gregorius: Leuiatan quippe additamentum eorum dicitur: quorum videlicet, nisi hominum, quibus semel culpam praeuaricationis intulit, et hanc usque ad aeternam mortem extendit: quibus dum [illegible] furore peccati multiplicat, poenas procul dubio sine fine coaeternat. Sed Leuiatan [illegible] hamo captus est: quia in redemptore nostro dum per satellites suos escam corporis eius momordit, Diuinitatis [illegible] illum perforauit: et quae sequuntur. Vide supra Behemoth et Bestia.

66 Lucifer, princeps est Satanas, de quo Isaias: Quomodo tibi
Isa. 14 cecidisti de cælo Lucifer, qui mane oriebaris, corruisti in
terram, qui uulnerabas gentes etc. Nomen eius Heb. est
Helil הילל, quod si uenit a radice ילל Ialal ululare sonat:
si uero a radice הלל Halal, quod laudare significat, eum qui
se laudat et iactat, ~~significant~~ sonat, et pro stella matutina,
Venus, alibi usurpatur, quod sit pulcherrima et lucidissima.
Quæ quia mox illa sit, Satanæ ortum et occasum significat:
vt enim stella ista soli uel orienti uel occidenti est proximior
et similior: ~~Vnde~~ vnde et ipsa Lucifer est appellata,
quod sole recedente illa succedat, et illum orientem præcedat:
ita Angelica natura Deo proximior est creata et similior, cui facta
semper assisteret, et illum comitaretur. Sed cum eorum
permulti elati Dei naturam et ~~[illegible]~~ [illegible] affectarent, e
cælo deturbati obtenebrati sunt, et principes tenebrarum
facti. Duplicem aut Diaboli casum describit Isaias, sicut
Lucifer bis occidit: Mane sub exortum solis, sero uero sub
occidente: utroque namque tempore noctium sydus illud apparet,
et non multo post disparet: propterea Isaias dicit: Cecidisti e cælo, in prima illa sua creatione: corruisti in terram
in primo ~~illo~~ Christi aduentu: de cuius lapsu primo dixit:
Luc. 10 Videbam Satanam tanquam fulgur de cælo cadentem: de secundo uero: Nunc princeps huius mundi eijcietur foras.
Joan. 12
Dicitur autem filius Auroræ, ut in Heb. [illegible] editione,
qui simul cum luce die prima a Deo est creatus, ut [illegible]
ex luce fuerit eductus cum reliquis Angelis. E cælo cecidit,
cum ex Lucifero tenebræ est factus: Corruit in terram, [illegible]

non ultra pro Deo cultus sit in terra, sed pro Diabolo in toto orbe terrarum est habitus: et praedicatione Evangelii, et [illegible] ut e suo atrio eiectus, et cum illo omnia Idola corruerint, et mobilia fuerint. Nomen tamen Luciferi retinuit etsi potius Lucifuga sit appellandus: ut sciamus natura fuisse conditum Luciferum; sed [illegible] vitio [illegible] factum tenebrosum et tenebras ipsas.

הילל Helel ululatus est [illegible]: quia, inquit S. Hieronymus, ululare et eiulare debuit, qui propter superbiam suam de caelo in terram praecipitatus est, et contritus. Iste est princeps saeculi qui inter stellas ceteras primus oriebatur, et suo vitio de Lucifero Vesper est factus, et non Oriens, sed Occidens. Haec ~~illa~~ D. Hieronymus.

lib. 11 gen. ad lit. cap. 23. D. vero Augustinus de illius casu sic scribit: Tandem [illegible] veritatis non stetit, superbia tumidus et propriae potestatis delectatione corruptus [illegible] nunc beatae atque angelicae vitae dulcedinem non gustavit; quam non utique acceptam fastidivit, sed nolendo accipere deseruit et amisit. [illegible]

67 Lupus rapiens et dispergens oves Christi D. Augustino et Joanni
Jo. 10 Chrysostomo est Diabolus: quem mercenarius videns fugit
et dimittit oves. Luporum genus, inquit Chrysostomus, quanto
est omnibus bestijs inferius, tanto malitia et crudelitate superius:
quanto sublimius, tanto nocentius: quanto submissius, tanto peius.
Propter itaque eius simulationem hipocrisim et simulationem, qua
suam saevitiam et malitiam tegere conatur. Lupus et dispergat
et occidat. Diabolo comparatur: qui insidiarum intermissioni semper
quidem, sed noctu praesertim insidiatur et invigilat. Lupus enim
Hier. 5 ut etiam testatur Hieremias, per noctem vastat: ita Diabolus
non nisi tunc insiliebat ovibus, cum pastores dormiunt, et per-
secutionum ac rerum adversarum nox ingruit, pro tempore nō
ita facile deprehendi potest: quando etiam canes dormiunt,
neque latrant. Quanta autem sit Diaboli saevitia satis declarat
dicens: Rapit et dispergit: Rapit summa cum malitia: disper-
git cum summa saevitia. Rapit in suam sententiam, dispergit
ab unitate separans.

Sed quamuis ferocissimum animal sit Lupus, et a nullo timeat,
ut lapilli tamen strepitum perhorrescit. Id autem propterea
fieri aiunt, quod lapidis ictus illi sit exitialis, et incurabilis.
Vermes enim inde enascuntur, qui breui illum interimunt.
Dan. 2 Lapis parvulus e monte sine manibus excisus est Christus, a
quo si Diabolus ictu tangitur, conteritur. Sic David superbum
1. R. 17. et immanem Goliat lapidis ictu prostravit. Et Apostoli in
praedicatione verbi gloriabantur, Daemones in Christi nomi-
ne sibi esse subiectos. Si ergo viderimus Lupum venientem, non
est nobis cum mercenarijs fugiendum, et oves dimittendae, sed

[illegible] est resistendum et Christi nomen inuocandum, illiq' efficien
et fugiet à nobis. Resistite Diabolo et fugiet à nobis doce. D.
Jacobus. Sensit [illegible] virtutem rapacissimus ille [illegible]
quem [illegible] deuorare voluisset, et iam in ore illius [illegible]
ab ipso, [illegible] est captus et deuoratus, et oues ab illo [illegible]
ex illius ore sunt redemptæ.

Lupos rapaces pellem ouinam præseferentes et [illegible]
[illegible] Hipocrytas et Hæreticos appellauit Dominus.
qui sic à Diabolo sunt edocti patre eorum: qui ouis [illegible]
speciem, cum intrinsecus non ouis, sed lupus sit rapaciss.
qui sub pietatis et veritatis [illegible] impietatem et men[illegible]
[illegible] [illegible] Ab [illegible] tanquam a rapacissimis [illegible]
nobis est cauendum.

Mat. 7.

Origines contra celsum, cur potissimu lupo et vulpi cæterisq' animā[illegible] [illegible] immundis [illegible] demones, Apud Moisē igt Lupus et [illegible] Aquila et Accipiter et huiusmodi alia, nec solū lege sed in prophetis etiā [illegible] [illegible] et animalia ad pessima proferre exempla, [illegible] [illegible] nomē nec Lupi [illegible] [illegible] ad bonū aliquod usurpatū. videt[illegible] itaq' Demonū [illegible] [illegible] et speciei communicatio quedā ad singula animantiū species. [illegible] ille. Cu itaq' Demones [illegible] [illegible] et [illegible] quādoq' agere, et multa mala quādoq' operari Lupus et [illegible] [illegible], [illegible] igt illa animalia siue [illegible] rapaciora, siue [illegible] [illegible], siue [illegible] [illegible] et [illegible], ita ut [illegible] pro arbitrio [illegible] et quouis tempore libere [illegible] imaginationē et animi [illegible] [illegible] [illegible] et mala aliquos incitare ut homines [illegible] capti no [illegible] lupos et vulpes [illegible] [illegible]

Malefici[illegible]

68 Maledictus præ cunctis bestijs et animantibus terræ a Deo appella-
Gen. 3 tus est serpens ille antiquus: quia seduxerat primos illos parentes
nostros, ut de uetito sibi ligno comederent. Quid autem sit
maledictus ex suo contrario, benedicto, facile dignoscitur. Si
enim benedictus significat in primis Deum, qui sit ipsummet
bonum, diues in omnibus, felix et beatus a quo omnia bona sunt:
ita maledictus est ille, qui Deo est contrarius, malus, miser
et infelix est, et à quo omnia scaturiunt mala. Maledicti
Tob. 13. ait Tobias omnes, qui contempserint te, et blasphemauerint
te. Contempsit et blasphemauit hic ipse Apostata
Deum, et in eandem blasphemiam et impietatem alios induxit:
unde postea omnia mala euenere: merito itaque Maledictus
est appellatus id est execrabilis et detestabilis, qui omnibus
maledictis conuitijs et contumelijs iure incessi [illegible] et per
à quo nihil boni, omnia uero mala proueniunt, nec ullius pror-
sus benedictionis sit capax. Ideirco præ omnibus bestijs, et
animantibus maledictus pronunciatur à Deo. Imperfectiones
omnes, quas per Diabolum consecutæ sunt bestiæ et omnia ani-
mantia, in ipso uno accumulatissimæ sunt ceteris: et in hoc
differunt, quod in animantibus et in terra et in primis in ipso ho-
mine sunt corrigibiles: in satana uero incorrigibiles: propter-
ea de illo tantum dixit Deus: Maledictus es in omnibus diebus
uitæ tuæ. Homini autem non maledixit, sed terræ tantummo-
do in opere illius: Sed terra etsi in opere hominis, non tamen
in se ipsa est maledicta: sed et ipsa benedictionis Dei est.

psal. 84 cuax: sicut dixit David: Benedixisti Domine terram tuam.
Maledictus etiam dicitur Deo ob peccatis divinae transgressio-
nem: sed sublata transgressione per poenitentiam ex ma-
ledicto fit benedictus. Quam poenitentiam cum Diabolus
nesciat, superest in perpetuo et cunctis diebus vitae suae sit
maledictus execrabilis et detestabilis, ac omni maledictione
detestatione et execratione dignus. Cum autem maledicit
Deus, non solum probris omnibus sed malis etiam afficit
perpetuis. Propterea cum in ignem aeternum sua iusta sen-
tentia Diabolum et impios relegabit: Ite dicet maledicti
in ignem aeternum. Dei ergo maledicere, est non solum ma-
lediciis, sed malis omnibus afficere: quod quia cum Diabolo
in primis faciet, Maledictus à Deo est appellatus.

In hom. de Balaam. Hoc idem sentire videtur Origenes. Quod dicimus (inquit) quod
Rom. 12 maledicere per Apostolum dicitur, Benedicite et nolite maledicere:
Quod ergo ab hominibus non vult fieri, hoc ipse facit, quia scit cui
iure maledici ponit. Scitum est, Deus enim cum maledicit, meritis designat
eius cui maledicitur, et sententiam promit, ut pote qui non fallatur in
peccati qualitate, neque peccantis affectu, Homo autem qui hoc non potest scire
neque enim propositum mentemque videre alterius, aut cognoscere potest, incerto etiam
si indicaverit, cui sententiam promitti iustitiae conferret maledictum, non po-
test esse iusta maledicentis causa, ubi ignoratur peccantis conscientia.
Quod vitium resecare volens Apostolus mandatum necessarium ponit, ut
benedicamus, et non maledicamus. Itaque ille, qui hoc recte tenuerit,
maledicere iuste pro meritis eius cui maledicit propter damna-
tionis sententiam.

67 Malleus universæ terræ confractus et contritus [illegible]
Hierem. 50 est Diabolus. [illegible] Christum [illegible]
sit malleus universæ terræ: quæve eius contritio: cuius vox
non sit audita in ædificatione templi Salomonis: [illegible]
3 Reg. 6 est [illegible] ædificationis Templi, ut contriti non conveniant fundamentis
eius? Vide si non ipse Zabulus malleus universæ terræ.
Ergo Zabulus, qui omnium tentationum operator est, Malleus
[illegible] qui [illegible] [illegible]
terræ: quia adversum cuncta terrena potentiam suam exerceat.
Post hæc [illegible], quis sit iste, qui [illegible]
malleum universæ terræ? Et dicam Moisem, neque ante
eum Abraham: neque post eum Iesum Naue: neque alium
quemquam prophetarum [illegible] confringere [illegible]
malleum universæ terræ. Quis ergo potuit talem ac tantum
virum ~~[illegible]~~ [illegible]
confringere et conterere? Quis est iste? Iesus Christus
potuit confringere et conterere malleum universæ terræ.
Hæc [illegible] Homilia [illegible] Origenis in Hieremiam: in qua [illegible]
us hæc de malleo Zabulo tractantur, [illegible]
Gen. 3 contritus est a Christo: [illegible] Ipse [illegible]
conteret caput suum, serpenti dixit Deus. Confregit autem
tunc caput eius, quando moriendo mortem destruxit, et

resurgendo, vitam reparavit. Mortuus est enim propter pec-
ta nostra: et resurrexit propter iustificationem nostram.
S. Gregorius in Iob: Quia est, appellatione mallei [illegible]
quas poenis exprimimur. Propheta testatur, cum super eum
nim extremi iudicij contemplatur dicens: Quomodo con-
fractus et contritus est, Malleus universae terrae? Ac si diceret
eum, per quem vasa sua Dominus in ministerij usum
formanda percussit: quis comprehendat, quo nunc usque [illegible]
tamen extremo iudicio in aeterna damnatione confringit?
Domus autem cum aedificaretur, [illegible] et per [illegible]
malleus et securis non est audita in ea. Quid enim domus
illa nisi sanctam Ecclesiam, quam in coelestibus Domi-
[illegible] significabat? Ad cuius aedificationem
[illegible], quasi quidam expoliti lapides [illegible]
[illegible] et sententia. Malleus est vero Satanas
seu contritus et confractus, qui per se ipse nihil possit, sed
sit fabri instrumentum, quo sua vasa perficiat, [illegible]
[illegible] conterat. Non itaque pro omnibus passim, sed
pro electis tantum confractus et contritus est malleus iste.
confractus autem est quidem, sed non penitus sublatus, quod non nisi
tunc fiet cum novissimus destruetur inimicus Mors. [illegible] confregit enim caput
illius semen mulieris quod est Christus, sed adhuc cauda [illegible]
et illa multos etiam viros sanctissimos qui [illegible] in Ecclesia [illegible]
in terram e caelo trahit.

70 Malignus et [illegible] dictus est spiritus [illegible]:
Luc. 8 [illegible] inquit D. Ioannes, [illegible] malignum: et D. Lucas:
Jo. [illegible] Sequebantur illum mulieres, quæ erant cum spiritibus malignis.
Malignus autem dicitur is, qui [illegible] bono, et in
beneficiorum est [illegible], ac erga omnes [illegible] est animo,
et bonis [illegible], et ipse ea bona, quæ alijs inuidet, minime
assequi potis sit. Talis est Diabolus, qui etsi diuinam illam
naturam cum Verbo se assequi non posse sciret: illam tamẽ
ipsi Verbo æterno inuidit. Et cum intelligeret primos illos
parentes imortalitate fuisse donatos, [illegible] eis
inuidit [illegible] illos eo priuauit: [illegible]
Sap. 2 Sapiens: Inuidia Diaboli mors introiuit in orbem [illegible]
et præceptis semper [illegible]. Vnde [illegible]
ut semper in omnibus et cum omnibus malignetur. [illegible]
quicquam agat. Sed quantumuis hic malignus sit, [illegible]
tamen ab his, qui timent Dominum, superatur. [illegible]
psal. 14 inquit Psalmista: [illegible] malignus: timentes autem Do-
minum glorificat: quia, ut inquit D. Ioannes, vicistis
Malignum. Malignus autem quasi gignens malum dicitur,
quod ita malus sit, ut non nisi mala gignat. Sicut de arbore
Matt. 7 mala dicit Christus: quæ non nisi malos fructus facit.
Differt autem malignus a malo in hoc, quod malus sibi ipsi
malus sit: malignus vero sibi et cæteris [illegible] malus
sit. Vtrumque autem est Diabolus, malus scilicet in se ipso et
in alijs: non enim suo contentus est malo, nisi in eodem etiã

innocentissimos inuoluat. Vnde merito Malignus appellatur et Malus: a quo ut liberemur orare patrem nos docuit Christus: Libera nos a malo. Malum, inquit D. Chrysostomus, hic Diabolum uocat, docens nos cum eo habere prælium nullo unquam fœdere dirimendum, et ostendens, quia non sit talis ille natura: Non enim eorum, quæ natura sunt, sed eorum quæ electione fiunt, dicitur esse malitia: Per excellentiam autem ille sic uocatur propter excessum malitiæ. Hæc ille. Malus autem ille proprie dicitur, qui omni caret bono, et a quo nonnisi mala esse possunt: In Diabolo omnia sunt mala et nullum omnino bonum: nam etiam naturalia in eo ita uitiata et corrupta sunt, ut mala illi potius sint, quam bona. Totus itaque malus, totus malignus, et inuidus, et præ inuidia omnia contra Deum et uiros iustos machinans mala, et omnia bona odio habens. Vide infra [illegible] Ita idem fere est quod Malignus et inuidus qui aliena felicitate torquetur, Inuidia siquidem suum [illegible] rodit atque excruciat. An (scribit D. Augustinus contra Julianum) non est peccatum diabolicum Inuidia? An non est pœna peccati quæ cruciatus [illegible] de quo uiuitur auctori? Malignus itaque est Diabolus qui amicitiam et beneuolentiam simulans, mala instruit et machinatur nullo modo bona aliena ferens æquo sed iniquo animo intuens quæ ita inuidet omnibus ut illis cum eo omnes carere optet.

71 Malus vide Angelus

72 Mammon. vide in Appendice

73 Mendax et mendacij pater est, ut scriptum est, Diabolus: quia non solum
Io. 8 mendax, sed omnis mendacij sit autor. Quod est omnino Deo
esse contrarium, qui est ipsa veritas, et totius veritatis autor.
Ut autem Deus ita est verax, ut in eo nulla ullius unquam men-
dacij nota sit: ita Diabolus sic est mendax, ut in illo nulla
sit veritas, quae aliqua fallacia et fraude non sit corrupta.
Mentitur enim ille veritatis suo more mendacium adornat:
ut falsa illa veritatis specie mendacium facilius obtrudat.
Propterea tunc etiam cum vera dicat, et polliceatur, de men-
dacio suspectum haberi debet, nec eius testimonium ullam fidem
facere potest: etiam veritatem quando loquitur, in fraudem
veritatem fallit, et [illegible]. Quod optime vidit Christus,
Marc. 1 non sinebat ea loqui, quod sciret eum esse Christum Dei,
sed tacere iussit: mendacis enim testimonium contra po-
tius, quam pro veritate facit. Quicquid ergo dicat, quicquid
agat, id omne mendacium est iudicandum, sive polliceatur
sive comminetur, tanquam mendacium est reijciendum.

Cum autem sit mendax et mendacij pater, perpetuum habet bellum
cum ipsa veritate, et veritatis professoribus: contra quos omnes
colligit vires, ut veritatem et illius cultores obscuret, pessun-
3 Reg. 22 det et opprimat: Ego, inquit ille, ero mendax in ore prophetarum
ut decipiant Achab. Cui dictum est: Decipies et praevalebis.
Quod etsi quandoque obtinere videatur Satan, veritas tamen
omnibus ulterior tandem praevalet. Quia veritas Domini
manet in aeternum. Disperdit autem Deus omnes, qui
loquuntur mendacium. Cum enim ille loquitur mendacium
ex proprijs et suis quamvis [illegible] loquitur. Quum vero

mendax iste suis mendacijs in terris inualuerit, et adhuc ualeat
ex eo potissimum perspici potest, quod totum orbem mendacij
mentitorum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
corruperit et postea illum [illegible] [illegible] [illegible] ac
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] .
Nec enim [illegible] [illegible] qui mendacijs [illegible] et fraudibus omnia
negocia non tractet: Ita ut nunc ueritas a terris exulare, et in
cœlo tantum habitare censeatur. Nam cuncti faciunt menda-
Os. 4 cium: et illud oraculum impletum uidemus: Non est ueritas
in terra, et non est misericordia, et non est scientia Dei in terra.
Maledictum et mendacium ~~et adulterium inundauerunt~~
et homicidium et furtum et adulterium inundauerunt.
Hoc enim est iustum Dei iudicium, ut qui ueritatem Dei
non receperit, Diaboli mendacio credat: itaut uere prophe[ta]
in excessu mentis dicere potuerit: Omnis homo mendax.
At etsi hæc uerissima sint, nemo tamen mortalium ita
mendax est, ut aliquid ueri non habeat: solus autem Diabo-
lus ita mendax est, ut ~~aliquid~~ nihil ueritatis habeat, sed totus
mendax est, et ipsum mendacium. Deo uero penitus [illegible]
contrarium.

Milcon

Nihil

Isa. 34 Milui apud Esaiam appellantur Dæmonia, quae congreganda
erant in Hierusalem. Illuc (ait) congregati sunt Milui alter
Zach. 5 ad alterum. Et Zacharias uidit duas mulieres amplorum
[illegible] alis in terram [illegible] deferentes: quibus erant alae
quasi Milui. Et spiritus (ait) in alis illarum [illegible]
erant illis [illegible]: quibus [illegible] aliis [illegible]
[illegible] totius impietatis administrae. Luxuria et auaritia.
Milui ergo etiam D. Augustino sunt aereae potestates: nam
[illegible]
[illegible] gallinae [illegible]
Gallinae autem [illegible] de quo est sermo.
Psal. 50 Se [illegible] sibi [illegible]
se gallinae congregantis pullos sub alis comparauit. Milui
autem nomen apud Esaiam est דיות [illegible]: et est nomen
genericum, et ad omnes aues carniuoras et [illegible] aues refertur
Deut. 14 quae [illegible] contentur apud Moisem [illegible]
[illegible]. Unde merito et illas Dæmones [illegible]
qui Dominum [illegible]. Aues enim [illegible] rapientes
vultures et Milui infantes pullis gallinarum [illegible]:
ita Dæmones quos [illegible] in peccatis, eos [illegible] et
in suam substantiam transferunt, similes sibi eos facientes.
Dicuntur autem [illegible] Milui, quod uelocissimi et [illegible]
sint ad inferenda mala mortalibus et in [illegible]
Zach. 5 nostri. Apud Zachariam appellantur חסידים Chasidim:
quod alii (ut refert Hieronymus) Upupam et [illegible]
alii Miluum [illegible]

domesticis avibus insidiantes [illegible] recensita. Ego [illegible] vero (inquit S. Hieronymus) [illegible], qui de [illegible] naturis tria genera [illegible]: unum album, aliud [illegible] tertium nigrum, quod [illegible] est et [illegible] et [illegible], ad eorum [illegible]. [illegible] ex oculis eorum [illegible] [illegible]. [illegible] vero [illegible], quod [illegible] consideret [illegible] esse [illegible] semper in [illegible] corporantium. Denique ex eo [illegible] et [illegible] suos de [illegible] sunt [illegible].
[illegible] ex tribus avibus intelligere volueris, spiritus illos [illegible] [illegible] et [illegible] significat: [illegible] omnibus [illegible] suos [illegible] et [illegible] ex [illegible] exercent, a quibus omnibus nobis sit abstinendum, [illegible] legendum, si [illegible] ab eorum [illegible] et [illegible] esse velimus.
[illegible] Daemones avibus [illegible] comparantur, [illegible] esse, quia cor incontinentis [illegible] continue corrodunt, ut [illegible] comminetur: [illegible] illud [illegible] est [illegible] eorum non moritur: significare siquidem [illegible] illos spiritus nostris malis et [illegible] oblectari: et [illegible]. [illegible] sub forma mulieris Zacharia [illegible] daemones [illegible] quod [illegible] mulier est homo imperfectus: ita daemon est [illegible] imperfectus: qui ut mulier homini [illegible] fuit: ita et diabolus hominis est [illegible]: et ut illa prima fuit in seductione, ita diabolus primus fuerit seductor; et quia homines effeminat

76 Ignis æterni [illegible] apud S. Matthæum [illegible]
Matt. 3 S. Lucam [illegible]. et apud [illegible] S. Marcum
Luc. 12 [illegible] nomine [illegible]. Quibus [illegible]
Marc. 8 [illegible]
[illegible] et ad [illegible]
Psal. 77. [illegible]. Misit, [illegible] sanctissimus [illegible]
suæ indignationem, fremitum et tribulationem, immissionem
per Angelos malos. Non ut [illegible] Angelo. [illegible]
[illegible] per malos confirmat Deus. [illegible] sibi constitutum
modum et mensuram: Qui enim inuiti et malo animo Dei
iustitiam administrant, non tamen sibi præscriptam mensuram
excedere queunt. Propterea cum [illegible] ut a percussione
Israel ob peccatum Dauid desisteret, et manum contineret,
illico plaga cessauit. Et cum Aegyptum flagellis caederet, ab
Hebræis abstinuit. Quin Dei est administer, executor pœnarum
et tortor, debitum supplicium de peccatis a peccatoribus sumens.
Quod [illegible] animo et perfido animo in Deum [illegible]
[illegible] obeunt, eodem supplicio se obnoxios faciunt. Non
enim ut Dei iustitiam administrent, pœnas reis irrogant, sed ut
odium et [illegible] suam expleant. Propterea [illegible] in psalmis
Psal. 8 appellatur: Ut destruas, ait, inimicum et ultorem: Dei enim
[illegible] ulciscitur iniurias: Sin enim vindicem [illegible] Deus de inimi-
cis [illegible]: quos omnes [illegible] eos [illegible]
quos apud inferos [illegible]. [illegible] est Dominus
impiis et peccatoribus: maledicti in ignem æternum, qui
paratus est Diabolo et Angelis eius. Sunt itaque [illegible]
Dei [illegible] carnifices, [illegible] supplicia reis irrogantes

et cum illis eadem [illegible], cum illi omnium [illegible] sint consilii, [illegible] auctores [illegible]. [illegible] item vel etiam maiori poena afficiendi sunt daemones, quam peccatores, utpote qui maiorem causam etiam in alienis peccatis [illegible]. Quod vero mali [illegible] qui iusto iudicio ipsorum prius docuit Origenes contra Celsum: At si, inquit, [illegible] bus nobis nonnulla scrutari licuerit, dicturi plane id sumus: [illegible] siue vel vindemia grassantes, et arborum sterilitates, [illegible] iacturam, et siccitates, et aeris denique corruptionem, siue ad anim[illegible] [illegible], siue ad desaevientem in homines [illegible] daemones [illegible] perinde ac carnifices [illegible] facere [illegible] quodam iudicio [illegible] [illegible] ipsas enervent, et [illegible] lentudinem, siue ut se ad rectiorem convertant, vel in profusiorem nequitiam erupissent, siue ad rationalis generis exercitati[onem] id fiat: ut qui inter multos mortalium in vera pietate et cultu [illegible] stiterint, cum minus interea deteriores reddantur, immissioni[bus] [illegible] peccatoribus [illegible]. Quod uti [illegible] Hymn[o]dicus David [illegible] testatur: [illegible] ideo per nequiores Angelos quosdam, quae [illegible] exercentur, cum inquit: Immisit in eos iram indignationis suae: Et iram et tribulationem per Angelos malos. [illegible]

77 Miser vide Praedator

78 [illegible] vide Rex

Mors

79 Mors Dæmonio est Diabolus: de quo S. Joannes in Apoca-
Apoc. 6. lypsi ait: Et ecce equus pallidus, et qui sedebat super
eum, nomen illi mors, et infernus sequebatur eum. et data
est ei potestas interficiendi gladio, fame et morte, et bestiis terrae.
Mors autem propterea appellatur Diabolus, quod
Sap. 2. ipse dederit causam morti, quam, ut inquit Sapiens, invidia
Diaboli mors introivit in mundum. Praeterea mors facile
dicitur, quod Diabolus a Deo omnino sit separatus. ubi
enim Deus non est qui est et vita, ibi necessario mors
subsequitur: quemadmodum ubi lux deest, tenebrae succedunt.
Cum itaque Diabolus Dei gratia et favore careat, neque illius capax
esse possit, ea etiam vita caret, quae vere vita est et dici potest:
neque aliud esse potest, quam ipsa mera mors. Nam mors, quae
ex separatione animae a corpore fit non est vera mors, quando
ea fit Deo probante et favente: tunc enim est commutatio po-
tius quaedam ... cum futura vita: neque illam infernus,
sed caelum sequitur. Vera autem mors ex separatione animae
a Deo fit, quam non caelum sed infernus sequitur. Hoc autem
Diabolo contigit: unde Mors verius appellatur. Cum prae-
sertim ipse a Deo separatus aliud nihil agat, nihil aliud
[illegible], et machinetur, quam ut alios a Deo separet, ut aeterna
cum illo moriantur morte. Est itaque Diabolus mors, quae
quae numquam moritur: neque aliquando morietur: unde vere
appellari potest mors immortalis, et vita mortalis: qua mortui
efficientur, quicumque illi per peccatum adhaeserint. Concludendum

qui Deo per fidem spem et charitatem adhaererent, non mori
tamen sed [illegible] in ipso perpetuo vivent.
Qui credit in me (ait Dominus) non videbit mortem, sed
Hab. 3. transit a morte ad vitam. De illo Habacuc: Ante faciem eius
ibit mors: et egredietur diabolus ante pedes eius: ubi est
verbum דבר quod alii cum D. Hieronymus reddunt verbum,
alii pestem et mortem interpretantur: utrumque enim vox illa
habet significatum: sed quae mortem interpretatio est potius pestis
quam verbum: et de diabolo esse accipiendum [illegible]
[illegible] declarant: egredietur diabolus ante pedes eius: quod
vero vocem pestem in mortem verterint id ad sensum potius
habet, quam ad ~~mortem~~ ipsam vocem: ut significaret dia-
bolum etiam esse [illegible], et mortalem. De quo
vide infra Negotium.

84 Mulier vide Milui
85 Musca vide Beelzebub

82 Negocium perambulans in tenebris a pro[illegible] [illegible]. (psal. 90.)
Latinis autem negocium est uice ocium: quod opponi[tur]
Sathanæ tormentis [illegible] est ocium et [illegible].
sed (ait Dominus) ambulat per loca arida quærens requi- (Mat. 12)
em, nec eam inveniens: de quo et D. Petrus Circuit, (1. pet. 5)
inquit, quærens quem devoret: [illegible] se sit
occupatus, et negocium in aliud [illegible] et molestiam inferre
[illegible] noctu[r]na. Hanc translationem nostram deflexisse credide-
rim, propter Hebræam interpretationem: quia est דבר cum lec-
[illegible] qua rem et [illegible] significat [illegible] idest [illegible]
(uel clam) [illegible]: sicut quod sequitur a Dæmonio meridiano
est מקטב Micetob idest a peste meridiana: [illegible]
nomina Dæmonis nomina esse asseruit Hebræi: ~~sicut quod~~
~~sequitur a Dæmonio meridiano~~ [illegible] idest [illegible]
obscuro et meridie idest palam in [illegible]:
uel in prosperis uel in aduersis eis negocium facessunt.
In prosperis eos superbos et [illegible]: in aduersis [illegible]
et desperantes faciens, et pestilentia eorum eos [illegible].
Siue ergo bona [illegible], siue mala [illegible], [illegible]
pestilentissimum, et [illegible]: a cuius pestilentia ille tantum
liber esse possit, qui habitat in adiutorio Altissimi: et qui scuto
bonæ uoluntatis illius circumuallatus fuerit. De eodem
Dæmone accipiunt Rabbini quod dicitur in Cant. Moisis
a peste amara idest מקטב מרירי Micetob Meriri,
[illegible]: quod Targum interpretatur [illegible]

malorum. Et vocem קטב Cetеb interpretantur excisio-
quod scilicet ille malis a Deo excisus omnia excindere ab
eodem studeat, et nihil cogitet quam omnium rerum perdi-
tionem: unde Excisio, conlens et amarus dici potuit. Quo
quae potissimum est eum unitatem Ecclesiae discindere stude-
per haereses a fide tradita et accepta apostatare facit Comm.
Excisiones in Ecclesia et schismata faceret. Diabolum pestis
est contagiosissima, et facile irrepit in plures: ita Diabolus
suo morbo infirmos hic inficit, et conficit, et in eandem trahi-
perditionem: ut et ipsi evadant pestilentissimi moribus et
doctrina corruptissimi, qui in omnes schismata, divisiones,
et excisiones moliantur, ut patrem suum imitentur.
Pestis etiam apud Habacuc appellatur Diabolus, ubi dicit:
Ante faciem eius ibit mors, ubi Hebraice דבר sed interpres
mortem vertit; quod Diabolus pestis sit quae non inficiat
tantum, sed mortem afferat. Idem significare videtur quod
sequitur. Et Diabolus egredietur ante pedes eius ibi est vox
רשף Reseph pro pestem calore interficiens interpretantur, licet
sonet tamen carbonem. Vide MORS et ARCUS.

Mammon

83. Nequam dictus est spiritus ille malus, qui recedente spiritu Domini a Saule eum exagitabat et [illegible] : alias autem a D. Paulo Nequissimus appellatur. Dicitur autem nequam is, qui non solum aliis, sed etiam sibi sit malus : Qui enim, inquit Sapiens, sibi nequam est, cui bonus? Cum itaque Diabolus sibi ipsi sit [illegible] idcirco et nullius proprius fructus est [illegible] scite Nequam quasi nequitiarum est appellatus. Hoc etiam nomine [illegible] ut intelligamus, quod etsi malum possit et valeat, nequissimus tamen et nequissimus fieri Dei [illegible] et Angelorum ratiocinio : Nihil enim ille potest a seipso : propterea pro nihilo habetur. Nam D. Augustino nequissimi homines nihili homines sunt, ubi tamen et fruges consumere nati. Nequissimus autem est Satan, qui non solum ex alienis malis nullam sibi commoditatem, sed maximam incommoditatem parat : neque unquam vel sibi vel aliis [illegible] prodesse sed semper obesse potest. Quod etiam nec [illegible] quando ipse vult, sed quando illi permittatur, potest.

Apud D. Matthaeum dicitur quod spiritus immundus [illegible] assumit septem spiritus nequiores se. Significat D. [illegible] quidem [illegible] esse nequissimos, sed alios aliis esse nequiores [illegible] quisque eorum nequissimi esse student. Hoc autem [illegible] et [illegible] numero septenario demonstrat [illegible] Dæmones aliis alios esse nequiores. [illegible] enim et iniquitate certant, se in illa superare nituntur, ut novissima nostra deteriora prioribus fiant et de malo in peius nos impellant, de vitio in vitium, et peccato in peccatum nos inducentes. Ita ut [illegible] non meliores, sed deteriores, et nequiores evadamus, peccatum et iniquitatem iniquitati addentes.

Origenes in psalmo 36 Homilia 2.a Apparet, inquit, quod [illegible] alia quidem species mali est, praeter caetera peccata. Unde et hic sermo divinus alium describit peccatorem, alium nequam: sicut et ibi similiter utitur distinctione, cum dicit [illegible] peccatoris et maligni, id est nequam. Sed et Dominus in Evangelio [illegible] non dixit peccatorem nequaquam, sed malignum vel malum. Et cum doceret in oratione, non dicit [illegible]. Sed libera nos a malo: et alibi malus homo sive malignus. Definiunt quidem πονηρίαν, id est nequitiam [illegible] esse malitiam. Aliud enim est per ignorantiam mala agere, [illegible] a malo; aliud est voluntate et studio mala ~~agere~~ facere: et hoc est nequitia. Unde et merito Diabolus πονηρὸς, id est malignus vel nequam appellatur. Haec ille. Ut [illegible] sciamus Diabolum non natura et necessitate quadam, sed sponte malum esse. Hic [illegible] est appellatus [illegible] quia et fecit malus sibi esse et aliis omnibus.

~~83~~ Nergel. in Appēdice
84 Nibhaz. in Appendice
86 Nisroc. in Appendice

Onocen[illegible]

86 Onocentauri Dæmonum [illegible] Esa.

Esa. 34, 13 Et occurrent [illegible] dæmonia Onocentauris et pilosus clamabit alter ad alterum. [illegible] cap. 13 [illegible] Et [illegible] convenient ibi [illegible] cum [illegible]: Hic [illegible] est eadem [illegible] Heb. ציים Ziim [illegible] genere [illegible] bestiæ. Nam [illegible] nomen esse genericum, quod ad omnes feras spectet, quæ in locis solitariis [illegible] degunt: [illegible] dæmones [illegible]

Matt. 12 [illegible] Matthæum [illegible] spiritus [illegible] immundus [illegible] ambulat per loca arida [illegible]. [illegible] etiam Rabbini vocem Ziim ab ariditate venire volunt. Cur autem [illegible] Onocentauros [illegible] sed [illegible] Diaboli [illegible] [illegible] Asini [illegible] Diabolus [illegible] speciem [illegible] desinit nequitiam: ut vel sic simplices decipiat.

[illegible] timorem [illegible] Diabolus [illegible] omnium ferarum [illegible] et [illegible] ut proprio malo noceat. Et [illegible] ibi [illegible] in [illegible] eius [illegible] est quod dixit: Onocentauri et pilosus clamabit alter ad alterum. Dæmones [illegible] invicem adiumento sunt ad nocendum, et concordi animo ad nostra mala conveniunt. Non enim (ut inquit Dominus) divisum

et Satanam [illegible] neq Satanas Satanam ejicit [illegible]
ad socium suum clamet, non contentus quod ipse solus sit ad mal[illegible]
[illegible] nisi etiam socios sibi adhibeat. Ex voce [illegible]
appellatur Diabolus [illegible] et [illegible] Ange[illegible]
per eius superbiam [illegible] degeneravit [illegible]
neq Angelus [illegible] sed [illegible]
facierum sit pessima omnium animantium.

Praeterea[illegible]

Deut. 14
Isa. 34

58 Onocrotalus auis est immunda, lege uetita, quæ Diaboli imaginem
effingit [illegible] habemus. Et possidebit eam [illegible]
Onocrotalus, Ericius et Ibis et Coruus. Est autem Onocro-
talus Heb. קאת [illegible] quod est euomere: sub faucibus enim
et gutture uteri genus gerit, in quo omnia immittit: et ex quo omnia
ex nexu quodam [illegible] eructat, per os illam [illegible] et [illegible]
[illegible] in [illegible] alterum traijcit, quo animal illud est inexplebile.
Est autem Onocrotalus [illegible] sed moribus [illegible] Ni
enim [illegible] se [illegible] ut [illegible]. Hic Diabolus
[illegible] Onocrotalo similis uoracissimus est et inexplebilis.
nec unquam dicit satis. Eo autem nocendi œstro fertur, ut non
[illegible] se ipsum [illegible] Habet autem et ipse
duplicem uentrem, alium in quo ad tempus reponat peccatores,
alium in quo eam [illegible]. Attendendum [illegible] peccatores
quos per pœnitentiam euomere cogitur: sicut [illegible] Ioannes [illegible]
nuit: In imum uero traijcit uentrem eos, qui usque in finem in
peccatis perseuerarint: quos si quando per [illegible]
[illegible] paulo post illos [illegible] in [illegible]
[illegible] traijcit. Huius [illegible] mores cum Onocrotalus [illegible]
[illegible] sub illius nomine delineatur. Onocrotalum [illegible]
esse [illegible] D. Hieronymus, [illegible]
quod enim illud sit [illegible] monstrum et nocentissimum [illegible]
ipse est Satan et immundum. Fertur Onocrotalum [illegible]
[illegible] quamuis [illegible] speciem [illegible]. Nam etsi [illegible]
speciem habeat [illegible] tamen [illegible]
[illegible]. Siquidem [illegible]
[illegible]

[illegible], olor [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
olor suauem uocem habet: ita Diabolus inconcinnum [illegible]
Asini [illegible] [illegible] quietissimatimus sit, cum tamen a [illegible]
et imbecilli animanti [illegible], [illegible] est timendus. Asini
[illegible] [illegible] [illegible], quae sunt Diaboli [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] nobis [illegible] [illegible]: quae [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] sunt et uidenda, [illegible] Asini [illegible]. [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] illi [illegible] potest. [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]. Nam [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] maximam edunt [illegible] [illegible] [illegible] imbelles [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. Nam [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] Diabolum [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] Asini speciem habere, quod illis [illegible]
[illegible] [illegible]. [illegible] uero [illegible] [illegible] a [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] et [illegible], [illegible] [illegible]

Pare

88 Pater [illegible] a Christo est appellatus: Vos, [illegible] inquit,
Jo. 8 ex patre Diabolo estis. et desideria patris vestri vultis facere &c.
Jam filii Belial frequenter in sacra historia nominantur Diaboli
filii, non quod ab eo sint creati aut geniti, sed quod illum
sint imitati. Propterea cum dixisset: Vos ex patre Diabolo estis,
subdit, et desideria patris vestri facere vultis: ut declararet
eos non generatione aut natura, sed imitatione et electione
Diaboli filios esse, et illum in patrem habere. Nam qui se alium
in servum tradit, eum in patrem suum adoptat. Et [illegible] servi
accedentes ad Naaman leprosum, eum patrem appellarunt, quod
ab eo educarentur. Quos ergo Diabolus suis [illegible] moribus [illegible]-
it, et suos imitatores habet, Diaboli filios appellat Dominus:
cum praesertim mendacia contra veritatem confingunt, et
illum persequuntur. Nam in primis [illegible] appellatur:
quia ille omnium primus contra veritatem mendacia conflavit.
et illorum omnium et auctor et inventor. [illegible] in-
Gen. 4 ventores sut habetur in Genesi, patres [illegible]. Pater ergo
appellatur Diabolus, quod habeat imitatores [illegible]
rum sectatores, et qui sese illius ~~[illegible]~~ [illegible] mendacia
[illegible] et veritatem [illegible]: quod omnium [illegible]
erit auctor et inventor. In illis omnes impios [illegible]
[illegible]. Nam quemadmodum per [illegible] Christi doctrinam in Dei filios
generamur, eosque qui [illegible] nos imbuerint, patres iure optimo appellamus:
ita Diaboli filii censentur ii qui impietatem sectantur: et in ea
ab eo educantur. et ille [illegible] pater iure appellari [illegible]
[illegible]. D. Aug. ad principium. Nemo (iste) dubitat
patrem nostrum antequam adoptaremur a Deo, fuisse Diabolum unde salvator ait, vos ex
patre Diabolo nati estis, [illegible] ergo [illegible] [illegible], [illegible] talibus exhibueris quod [illegible]
[illegible] filius meus, [illegible] decem [illegible]. Quantum ergo [illegible] fuimus [illegible]
Diabolum patrem habemus,

80 Perdix, inquit Hieremias, fouit quae non peperit, fecit diuitias non in iudicio, in dimidio dierum suorum derelinquet eas, et in nouissimo suo erit insipiens etc. Hoc est, ut Hieronymus [illegible] [illegible] qui aliena rapiunt, et absque ratione iudicii [illegible] diuitias [illegible], quas in medio uitae relinquunt [illegible] subtracti: alii tamen, inquit ille, propter [illegible] historiam et propter alteram, quae dicitur perdicem esse [illegible] et immundam: itaut uictum polluat, diabolum sub eius nomine interpretantur, qui alienas sibi diuitias congregauit, dicens ad [illegible]. Haec omnia tibi dabo si cadens adoraueris me. Quam celeriter [illegible] diuitias [illegible], quas male [illegible] et hic [illegible]. Et qui sibi uidebatur prudentissimus erit omnium iudicio insipiens. Haec ille. Qua D. Augustinus ad [illegible] [illegible] qui eum ex catholicis haereticos facere studebant, non cum iudicio sed cum temeritate aliena oua cum perdice fouere dicebantur: a quibus eum eandem per cognitionem [illegible], quam insipientes fuerint, perspicuum fit. Haereticos [illegible] [illegible] caput [illegible] diabolus, ad illum in primis spectare [illegible], quod ipsis nocetur. Perdix itaque diaboli [illegible] optime explicat. Aiunt scriptores [illegible] historiae, hanc perdicis esse naturam [illegible] oua alterius perdicis [illegible] [illegible], perdix suis, et eis incumbat [illegible]: cumque foetus [illegible] euolare ab eo et [illegible] [illegible] [illegible] relinquunt. Sunt tamen ex Hebraeis, qui locum Hieronymi de perdice [illegible] exponunt, quae [illegible] [illegible] oua, quae perdix foemina peperit, cum mas [illegible] una pariat. [illegible] de perdices [illegible] est [illegible] [illegible] [illegible], qui [illegible] aliena oua [illegible]

Hier. 17

idest Christi fideles et aliu[d] per peccatum tradere [illegible]
assuetudinem fouere: sed cum Dei electos nemo [illegible]
cauit, ut perpetuo pereant, sit [illegible] a Diabolo [illegible]
sipiscant, dimisso patre adulterino, ad uerum et [illegible]
patrem cum filio prodigo reuertantur: et ita [illegible]
oua non sua, sed aliena, nempe Christi et Ecclesiæ: in cuius fide
uiuunt et moriantur: et sic diabolus [illegible].
Multa alia de perdicis natura a Plinio nostro [illegible]
quod illa sit salacissima, pugnacissima et [illegible]
rem decipiat, ne ab ipso deprehendatur: quæ [illegible], per-
tinaciam et uafriciem Diaboli in nobis delineant [illegible] huius
modi illius pessimæ naturæ nobis innotescit. [illegible]
de perdice latius tractant Origenes Hom. [illegible]
ibi et quæ hic desiderantur, habebis.

91 Perditio vide [illegible]
92 Pestis vide [illegible]

93 Pilosus clamabit alter ad alterum. de Diabolo scripsit Isaias
Isa. 34 13 et idem alias: Pilosi saltabunt ibi שעירים Sehirim i(d est) pilo-
sos Chaldæi Dæmones interpretantur D. Hieronymus. Pilosos
autem, qui Heb. dicuntur שעירים Sehirim Theodotio [illegible]
et [illegible] pilis interpretatus est. Simmachus [illegible] Septua-
ginta Dæmones transtulerunt. Et alias in historia de Hie-
roboam legitur, quod constituit sibi sacerdotes pro excelsis
שעירים Sehirim Dæmoniis a voce שער quæ est timere et
formidare: quod Dæmones [illegible] horribiles sint illos
spectantibus: quales esse solent [illegible], qui hirsuti sunt et pilis [illegible]
Propterea hoc eos nomine hirci et capreæ nuncupantur.
propterea Fauni et Satyri dicuntur, quia a parte superiori ho-
minis effigiem præseferunt, et a parte inferiori in caprum des[illegible]
[illegible]: quales in India et Aethiopia aliquos reperiri testantur
scriptores: et in primis D. Hieronymus in vita Pauli Eremitæ
Nec mora, inter saxosam convallem [illegible] Antonius [illegible] homun-
cionem [illegible] cernit [illegible] naribus, fronte cornibus as-
pera: cuius extrema pars corporis in caprarum pedes desinebat.
Quo interrogante Antonio respondit: Mortalis ego sum, et unus
ex accolis Eremi: quos vario delusa errore gentilitas Fau-
nos Satyrosque et incubos vocans, colit. Et paulo post:
Alexandriam istiusmodi homo [illegible] perductus magnum populo
præbuit spectaculum. et postea cadaver exanime ne calore
æstatis dissiparetur sale infuso Antiochiam, ut ab Impe-
ratore videretur allatum est. [illegible] Plinius noster
[illegible] sunt [illegible], et Satyri subsolanis Indorum montibus, pernicis-
animal[illegible]

[illegible] [illegible] pro [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]; [illegible] esse [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] hominibus [illegible] [illegible], [illegible]
[illegible] [illegible]. Sub [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
Diabolus (ut D. Hieronymus in vi[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
sit Antonio homo mixtus equo, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible])
Pilosus est appellatus: ut palam fiat Diabolum neque hominem
nec bestiam esse: sed nescio quod monstrum per[illegible] [illegible]
bus perniciosissimum horridum et [illegible] et [illegible] [illegible]
tum et hominis inimicissimum. Nam etiam qui ex homini=
bus hirsuti sunt, ferinos mores, quales ferae ipsae habere
solent.

94 Potestates vide Principes.

99 Primum [illegible] leius est Diabolus. Secun-
Hier. 4 dum quod [illegible] Hieremias, Leo e cubili suo, et praedo gentium
se levavit: egressus est de loco suo ut ponat terram tuam in
solitudinem: Quem locum exponens D. Hieronymus:
Iste est, inquit, vere Nabuchodonosor: de quo et Beatus Petrus
1 Pet. 5 loquitur: Adversarius noster Diabolus quasi leo rugiens
circuit quaerens quem devoret. Ascendit autem de cubili
in quo collocatus est, et ne mittatur exorat. Et praedo
seu vastator gentium se elevavit: de quo scriptum est: Omnium
Psal. 9 inimicorum suorum dominabitur: et qui moriantur in conspectu
Iob. 1 Domini: Circuivi omnem terram, et perambulavi eam. Quis
est enim quem Diaboli venena non tangant, nisi ille solus
Io. 1 qui potest dicere: Venit enim princeps mundi huius, et in me
invenit nihil. Iste exivit ut poneret omnem terram Ecclesiam in
solitudinem, sive egressus de Ecclesia pugnavit contra Ecclesiam.
Haec ille. De hoc praedone et vastatore apud Isaiam
Isa. 33 legimus: Vae qui praedaris, nonne et ipse praedaberis: et qui
spernis, nonne et ipse sperneris? Cum consummaveris depre-
dationem, depraedaberis: cum fatigatus desieris contemnere,
contemneris etc. Quae omnia etsi ad Sennacherib referri
videantur, in primis tamen ad Diabolum (D. Hieronymo
interprete) spectant: Quem Messias suo adventu praedaturus,
et praedicatione Evangelii gentes ab illius imperio li-
beraturus, sibique subiecturus erat: et demum ipsum Diabolum
foras eiecturus, ac in abyssum relegaturus, et [illegible]

[illegible]

[illegible] constitutum erat: quas subnominis Moab [illegible]
Isa. 16 — pellat: Moab [illegible] esto latibulum [illegible] a
facie vastatoris: Finitus est enim pulvis, consummatus est
miser: defecit qui conculcabat terram. [illegible] est
Ecclesia tutissimum perfugium eorum, qui a Diaboli
laqueis resipiscunt: qui vastator [illegible] a [illegible]
dens appellatur, qui pulvis et miser dicitur: cum nil talis
sit quam miseria, tanquam pulvis a facie terræ proiiciendus
et ad nihilum redigendus, non ut non sit, sed ut non noceat
sanctis Dei electis, et terram Ecclesiæ conculcet. Prædo
autem iste depredandis Heb. המשחית Maschit appellatur
quod corrumpere perdere et disperdere significat. [illegible]
autem est שוד a [illegible] שדד quod vastare spoliare [illegible]
populari et depredari sonat. [illegible] in [illegible] maxime
Deut. 32 — valeant Diaboli שדים Sedim et ipsi appellantur a Moise,
quasi sufficientes et ad malum potentes prædones et vasta-
Iob. 1 — tores: de quibus [illegible] Chaldæi
autem venerunt, quos Dæmones prædones interpretantur,
qui ex abyssis venerunt, ut genus humanum depredarentur,
ut ibi [illegible] demonstratur.

96 (Dæmoniacus [illegible]

9º Principes et potestates appellantur Daemones. Non est
ep. 6 nobis (scribit D. Paulus) colluctatio aduersus carnem et sangui-
nem, sed aduersus Principes et Potestates, aduersus mundi
rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiae in
celestibus. Sed et Christus Diabolum mundi Principem ap-
Jo. 14 pellauit, et Potestatem tenebrarum. Venit, ait, Princeps
huius mundi, et in me non habet quicquam: et alias: Nunc
Luc 22 Princeps huius mundi eiicietur foras. Nunc est hora uestra et
Potestas tenebrarum. Hos Daemones esse omnes fere patres
sensere, etsi Origeni id non satis constet. Principes autem
et Potestates non absolute sicut boni Angeli, appellantur et
mali, sed tenebrarum, et mundi huius Principes et potestates
ac spiritualia nequam dicuntur: quia Principatum et potestatem
suam in hoc mundo exerceant in malis, et per malos, qui
tenebrarum nomine ueniunt. Cum itaque in hoc mundo Daemo-
nes subiectos et qui sibi seruiant, et obediant, habeant per
quos dominantur, Principes et Potestates appellantur, non
proprie sed abusiue: Non quod natura et legitime Principes
et Potestates sint, sed quod tales malorum electione fiunt
non ut subiectis prosint, sed ut illos peius perdant. Proprie ue-
rius Tyranni et Pyratae, quam Principes et Potestates dicen-
di sunt. Qui durissima et foedissima seruitute eos, qui sibi subditi
sint, premunt, et omnis mali habent, in dissoluta uita eos im-
pellentes: Quo fit ut Principes et Potestates appellentur.
Hier. in ep. ad ep. 6. Sunt (inquit D. Hieronymus) Daemones amoribus et amatoriis
canticis seruientes, ut propheta quod commemorat dicens.

Spiritum

[illegible] Spiritu fornicationis subiecti sunt. Nam et barbara quædam eorum nomina esse dicuntur, ut sæpe confessi sunt ij, quos vulgus vero maleficos vocat: et incantationes et species et colores [illegible], et [illegible] vel metallorum genera, vel ciborum: ad quæ invocati assistere Dæmones; et infelices animas capere memorantur: alij vero iracundias, furores, et bella committere: alij [illegible] hominibus odia concitare. Quia vero ergo, aiunt, Apostolus nos docere, non ex natura corporis, et de materia carnis et sanguinis dæmoniorum genera procreari, sed instinctu [illegible] [illegible] [illegible] collectatio [illegible]. Cum [illegible] nos [illegible] incitant ad peccatum Potestates appellantur: et cum [illegible] eorum instinctui obedimus, eos Principes super nos ~~obedimus~~ constituimus.

Rom. 6 Servi enim, iuxta B. Paulum, illius efficimur, cui obedimus. Sed [illegible] tamen Potestates et Principes sint sub potestate Dei, [illegible] nihil [illegible] in nos valent, nisi ex Dei permissione: et nisi illius [illegible] [illegible] contemnas [illegible] [illegible] libertatem. Principes autem aeris dicuntur, quod crassiorem et frigidiorem aeris regionem incolunt.

Ep[isto]la 107. Aug. contra Vitalem pelagianum. Potestas igitur tenebrarum quid est, nisi potestas diaboli et angelorum eius, qui cum essent Angeli lucis, in veritate per liberum arbitrium non steterunt, sed inde cadentes, facti sunt tenebræ: et paulo post, haec nunc, potestas tenebrarum .i. diabolus qui dicitur etiam princeps potestatis aeris operantur in filijs diffidentiæ, princeps iste Rector tenebrarum .i. diabolus diffidentiæ filiorum regens eos ad arbitrium, quod neque ipse habet liberum ad benefaciendum, sed ad maximam malivolentiam pœna sui sceleris obduratum, unde nunquam se [illegible] credit, cum sentit hos apostatas Angelos ad pristinam pietatem correcta aliquando voluntate posse converti. Hactenus ille. Principes ergo et potestates dicuntur dæmones quod habent dictum spiritibus sensibiles et peccatores [illegible]. et [illegible] Aug. [illegible]

De

93 PRINCIPIUM viarum Dei et Principium [illegible] mortis appel-

Job. 40 18 latur Satan apud D. Jobum: et de eo accipit D. Ambrosius in

principio sui exameron, quod in numeris habetur. Principium

Num. 24 nationum Amalech, cuius extrema [illegible] delebuntur, vel (ut ipse

transtulit ex septuaginta) et semen eius peribit. Quamquam [illegible]

ille non omnium nationum princeps est, Amalech [illegible]

per interpretationem [illegible] Amalech ex accessu [illegible]

[illegible] gentes sunt. Videne Principem [illegible] accipere

debeamus, qui imperat nationibus [illegible]

cuius semen peribit. Semen autem eius [illegible]

Jo. 8 quibus ait Dominus: vos ex patre diabolo estis. Haereti-

[illegible] diabolus principium (ut Manichaei [illegible]),

absque principio [illegible] principia ponens alterum boni alterum

vero mali: quandoquidem unum tantum principium esse po-

test: a quo sunt omnia principia: de quo Dominus: Principium

Jo. 8 qui et loquor vobis. Ille enim solus est principium sine princi-

Jo. 1 pio a patre genitus: de quo D. Joannes: In principio erat Verbum

Gen. 1 iuxta illud: In principio Deus creavit caelum et terram, quod est

in filio et per filium. Diabolus autem [illegible]

principium [illegible] in tempore factum, non genitum: propterea non

absolute principium, sed viarum Dei, sed [illegible]

rum. Nam etsi omnia simul (ut ait Sapiens) creavit Deus

non tamen confuse sed ordinate (ut Moises insinuavit) creavit

quia eum Angelum prae ceteris creaturis condiderit, principium

etiam viarum idest actionum divinarum est appellatus.

Nam sub caeli nomine, quod Moises in principio conditum a

Deo fuit

Deo fuisse demonstrat, naturam angelicam exprimi volunt, quae in crea-
tione primum obtinuit locum. Fuit ergo etiam Angelus ille [illegible]
principium viarum Dei: cuius extrema [illegible], cum tamen ipse
non sentirit sed ob innocentiae statu, quasi fulgur e caelo ceciderit.
Principium autem, ait D. Gregorius, viarum Dei Behemoth dicitur:
quia nimirum cum cuncta creans ageret, [illegible]
quem reliquis Angelis eminentiorem fecerit etc. Qui ut per Dei
gratiam caeteris creaturis eminentior est factus, ita per peccatum
omnibus miserabilior est redditus.

09 Primogenitus autem mortis, ita in 40. legitur, ideo apud
Rabbinos Angelus malus appellatur: quod cum a Deo primus
omnium defecisset, qui est [illegible]. [illegible]
vita gratiae et gloriae ipsius privatus: quarum privationis ipse
auctor est. Appellant autem R[illegible] [illegible]
fratrum suum Angelum [illegible], qui ob similem cul-
pam eandem mortis secum [illegible]: sicut [illegible]
non tamen unigenitus mortis fuerit, utpote qui permultos fratres
in morte habuerit et adhuc habeat.

138 Publicanus vide Exactor.

192 **Pyto** spiritus ille immundus appellatur; ut in Apostolorum Actis legi-
Act. 16 tur de puella quae habebat spiritum Pytonem, idest [illegible]
1 Reg. 28 Magum et Prestigiatorem: [illegible] Saul, postquam
Deus ei non respondebat [illegible] per somnia, neque per Sacerdotes
neque per prophetas: qui prestigiis et incantationibus a Maga
[illegible] excitatus [illegible] et confiteri [illegible]
specie [illegible]
dixerit: Cum enim Scriptura [illegible]
Quaest. 2 Simplicij per infimos infernosque spiritus aliquem [illegible] cognoscere tem-
poralia dumtaxat, atque ad istam mortalitatem pertinentia, facile
est, et non incongruum, ut omnipotens et iustus, ad eorum
poenam, quibus ista [illegible]
[illegible] antequam veniat [illegible] appa-
ratu mysteriorum suorum, etiam spiritibus talibus aliquid
[illegible] pr[illegible]
cient [illegible] omni[illegible]
[illegible] et Moderator [illegible]
[illegible]
[illegible] Haec ille.
Est autem Pyto Heb. אוב Ob: et est idem, quod אוב
Obo: [illegible] quaes[illegible]
[illegible]
[illegible] dementet: et qui omnisi mala nobis praenunciare
[illegible] Pyto [illegible]
[illegible] qui ab [illegible]

Sanitis

sagittis confossus: unde Pytij nomen est adeptus. Et quia in Delphis antrum Apolini dicatum erat: ad cuius ostium uetula in [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] immundus Pyto à consulendo dicebatur, Sed quam uana et mendacia essent, huius spiritus oracula, etiam Ethnici scriptores confessi sunt: futura enim novit nullus nisi Deus, et cui ipse ea [illegible]: Propterea Dæmones de futuris [illegible] sciunt: quæ Deus sanctis suis reuelauit: neque ea quidem omnia, sed quædam tantum, et ea imperfecte. Cum autem Spiritus [illegible] sint: et rerum naturas et proprietates [illegible] [illegible], [illegible] suis præsagiis [illegible] [illegible]: [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], et [illegible] ac apparentia, [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] appellatur, diabolus [illegible] ueris ingerat, et omnibus modis incautos decipiat. At [illegible] [illegible] [illegible] seruatorum [illegible] [illegible] [illegible] lorum sagittis, et eius oracula uana declarauit prædicatione Crucifixi [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].

quod ex oraculis immundissimis prodibat responsa [illegible] est [illegible] est appellatus

A pro ueris accipiat.

102 R[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

103 Rempha. In Appendice

104 Rex super universos filios superbiae. Iob. Et Salomon
Iob. 41. [illegible] Rex [illegible]
Eccl. [illegible] et [illegible]
[illegible] Deus [illegible] cum [illegible]
[illegible]
in filios [illegible]
[illegible] et [illegible]
[illegible] et [illegible]
appellans. [illegible] ei aras erexerunt, cum [illegible]
[illegible], [illegible] Tyrannus
perduxit, ut filios suos ei imolare, ac per ardentem fornace
traducere [illegible] Hic obsedit [illegible]
[illegible] Ecclesia, [illegible] Christus, [illegible]
[illegible] sed [illegible] non potest.
[illegible]
non [illegible]. [illegible] in illa Christus [illegible]
[illegible] irreq[illegible] [illegible]
[illegible] dixit: [illegible]
liberans Ecclesiam suam a [illegible]
[illegible]
[illegible] omnes filios superbiae;
quod [illegible] omnes superbissimos excellat et
superet: cum non solum omnibus creaturis, sed ipsi etiam
creatori se [illegible]

[illegible]. Superbiam, qui ipse [illegible] et hominis [illegible]
[illegible] habere [illegible]. [illegible] Regem [illegible]
[illegible] qui se sublimes [illegible] et [illegible]
arrogantes, caeteros contemnunt. Nam ut humiles in oculis
[illegible] Christum [illegible]
[illegible]
[illegible] eos [illegible]
[illegible]
[illegible] Daemonis [illegible]
[illegible] Daemonis [illegible] et [illegible]
[illegible]
Christum Diabolus [illegible] Regem [illegible]
[illegible] et dixisset: Haec omnia [illegible] sunt, et
[illegible]. Si ergo cadens adoraveris me, ea tibi dabo
[illegible]
[illegible]
[illegible]. Dicit ergo ad Dominum Diabolus:
[illegible]
[illegible] Deo. [illegible]
[illegible]. Verum est quod promis[illegible]:
[illegible]
Haec ille de Rege Diabolo et eius Regno.

105 Regulus vide Basiliscus

106 S[illegible] vide L[illegible]

107 ~~S[illegible] vide [illegible]~~

108 Satan vide Aduersarius

109 S[illegible] vide P[illegible] — Scorpio. vide coluber

110 Serpens vide Coluber

111 Signaculum similitudinis Heb. [illegible]: Tu signa-
es signaculum [illegible] significat namque Deum Opt.
Max. in primum [illegible] Angelum summatim omnia [illegible]
in [illegible] contulisse, et [illegible] est eodem [illegible]
fecisse. [illegible] eras, ait, [illegible] sapientia et perfectus decore:
[illegible] in hunc sensum [illegible] [illegible] Ezechielis [illegible]
[illegible] in [illegible] [illegible]. Sed D. Hieronymus
[illegible] et accipit in psal. 81 [illegible]: [illegible]
[illegible] de Principibus ceteris. Iste est, ait, cui dicitur
in Ezechiele: Tu es Resignaculum similitudinis: Non
[illegible] ille, Tu signaculum similitudinis, sed Resigna-
culum similitudinis: [illegible] te Deus, et similem [illegible]
fecerat. [illegible] [illegible]. Resignare autem est
signaculum dissoluere, et perdere. Similiter [illegible]
quidem primo factus ad Dei similitudinem creatum, sed
ob [illegible] similitudinis signaculum [illegible]
et Resignaculum factum [illegible]. [illegible]

nō amisit

[illegible] dit. Vulneratus es (ait) et à monte sancto decidisti. Hæc quidem, [illegible] [illegible] per quæ manifestissime demonstratur, quod sancta hæc virtus [illegible] de sua beatitudine [illegible] [illegible], in terrenæ [illegible] emersa sit [illegible] [illegible] [illegible]. Hac [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] peccatum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] numquam [illegible] contraxisse. Angelica siquidem natura, non potest mortem (ait D. Hieronymus) recipere, [illegible] [illegible] videbam Satanam de cœlo cadentem: et in psal. Vos autem sicut unus de principibus cadetis.

Tertullianus adversus Marcionem Ezechielis locum non ad principem Tyri sed satanæ [illegible] pertinere multis argumentis docet. Et Resignaculum similitudinis legens ita interpretatur, Tu es Resignaculum similitudinis, q. scilicet integritatem imaginis et similitudinis resignaveris [illegible]

iiz Sochot In Appendice

112 Spiritus est et [illegible] Angelus ille malus sicut et bonus, quoniam
[illegible] verbo [illegible] ex eadem substantia spirituali a Deo creati sunt
S[illegible] quamvis ille a Deo qui illum fecit, defecit, [illegible] etiam
i[illegible] illa natura degenerauit: et quamuis [illegible] esse sic
[illegible] quasdam tamen qualitates contraxisse
[illegible], in quibus [illegible] et torquentur: et dicunt: Si magis
[illegible] Angelus ille Spiritum esse [illegible] Angeli cor-
poreum esse: [illegible] enim claritatem illam et [illegible]
[illegible] amisit: [illegible] obscuritatem et crassitiem
aeream contraxit. Sed [illegible] de hoc sit, perspicuum est
[illegible] substantias spirituales esse: sic appellatae, quod vento
qui Spiritus dicitur, perquamsimillimae sint: unde et illi
Ventus urens, subvertens montes, et [illegible] appellantur
[illegible] illos [illegible] esse velociores et [illegible]diores, qui in
[illegible] caelum et profundum: neque sit potestas super terram, quae ei [illegible]
queat: ubique enim locorum penetrat, neque ullus locus in terra illi
est inaccessus: sed quamvis Spiritus iste [illegible] sit, dicitur ta-
men esse Spiritus Domini vel a Domino [illegible], quod ni-
hil omnino possit, inuito Deo; cuius ministerio utitur, cum
[illegible] supplicia de peccatoribus exigit: propterea Spiritus
tempestatis et furoris Domini appellatur: ut enim bona per
bonos ita mala per malos Angelos et Spiritus immittit Deus.
[illegible] esse [illegible]
[illegible] indixit: propterea [illegible], ut aiunt, [illegible]
[illegible] in [illegible] omnium adducet, et [illegible]

facere[illegible]

faciat, optime sciens in illum omnium salutem locatam esse.

Gal. 6 Spiritualia autem nequitiæ quibuscum habemus conflictum, sunt appellantur Dæmones à D. Paulo: quod subtilitatibus et ... omnis modis nos in omnes nequitias inducere studeant: quibus summa vigilantia et sobrietate, ac ... [illegible] ... est resistendum, et eorum tela ignea scuto fidei retundenda: ita enim fiet ut à dextris et à sinistris eorum sagittæ cadant, et eorum conatus irriti fiant.

Isa. 19 Spiritus Vertiginis etiam dicitur. ... [illegible] ... Dominus miscuit in medio eius spiritum vertiginis, et errare fecerunt Egyptum in omni opere suo. Nomen autem Hebraicum perversitates et contortiones significat reputitas [illegible], quemadmodum qui vertiginem patitur [illegible] et transversus agitur nihil recte agens et cum omnia circumferri sibi videantur facile corruit. [illegible] diaboli spiritum ducit facile in omnia labitur mala et instabilis ... omni vento doctrinæ circumfertur, secum ipse et cum aliis dissidet, propter de eo dicitur Et errare fecerunt Egyptum.

Ose. 4 Spiritus etiam Fornicationis apud [illegible] appellatur, quod non solum omnes suos conatus eo conferat ut homines per Idolatriam cum illo coeant, neque unum tantum verum colant, sed ut Fornicationibus, Adulterijs et omnibus carnis libidinibus operam dent: ut vel sic eos a Deo separet et sibi coniungat, bisdemque supplicijs dignos reddat. Sollicitant etiam sanctissimos diversis [illegible] mariti transformationem carnis [illegible] per somnum suggerentes, unde Incubi et Succubi sunt appellati, ut vel sic eos [illegible] qui spiritus sint fornicationis. Quod vero ipsi sub specie maris et feminæ [illegible] coeant neque verum neque verisimile sit. Multi autem mores credidere et eos posse generare, etsi forte humores ita movere applicatis activis passivis ut falsa pro veris sensorijs ostentare [illegible].

Cum Dæmones sint spiritales nec mares nec feminæ, neque concipere neque generare possunt, quod autem de Incubis et Succubis fertur aut fabulosum est aut Dæmonum fallacia qua novit humanis interioribus sensibus ut videat et audiat quæ re vera non existunt sed spectra potius sunt inania.

119 Tentator appellatus est diabolus, quod sanctissimos quosque et ipsum Do-
Mat. 4 minum Sanctorum Sanctorum tentare veritus non sit. Si quos enim
a veritate et pietate eos abduceret et in mendacium impietatemque in-
duceret. Cur, inquit Petrus Ananiae, tentavit cor tuum Satan
Act. 5 mentiri te Spiritui sancto. Quod autem cum Anania fecit, [illegible]
cum Christo et ante illum cum Adamo fecerat: et cum illis qui-
dem ex sententia successit, cum Christo vero aliter evenit [illegible]
[illegible] putarat. Ille enim ut est impudentissimus et audacissimus
tentat etiam impossibilia, illa aggreditur, et tentat, si quo
modo ea assequatur. [illegible]
Christum esse Dei filium, prout [illegible] editum fuerat e cae-
lo: Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui: et etiam
illum invincibilem et inexpugnabilem esse, vires tamen suas cum illo
experiri voluit, si forte eum a veritate illius [illegible] abduceret,
et in mendacium [illegible] faceret. Tentator siquidem ille est callidissimus, qui
[illegible] quos tentat, quamvis sciat conatus suos irritos fore: nam
[illegible] Propterea de eo scriptum est Lucae 4: quod
recessit ab illo ad tempus, ut paulo post iterum aggrederetur et
tentaret sicut fecit. Nam multis vicibus [illegible], ut traderet illum
Judaeis et [illegible] experiretur, an illum funditus eradicaret
et de medio tolleret. Et cum vidisset eum [illegible] a mortuis re-
surrexisse, [illegible] tentavit, ut veritatem resurrectionis eius
supprimeret: quas persecutiones contra Apostolos eius non movit?
per tormenta et molestias Christianorum non est [illegible].
quas haereses [illegible] non excitavit, ut Christi doctrinam
obscuraret, et corrumperet. Tentator est [illegible], et [illegible]
[illegible]

[illegible]

inaccessus, nullum tempus importunum, omnia sunt plena tentatio-
nibus et laqueis. Tentat autem [illegible] probet. Deus enim [illegible]
[illegible] et [illegible]. Tentat [illegible] sciat, quod [illegible], sed [illegible]
[illegible] et ~~[illegible]~~ impingat et noceat: et [illegible]
ex sua tentatione bonos [illegible] facere [illegible]
[illegible]: Si erat enim semper tentationibus [illegible]
[illegible]: [illegible] tentationes [illegible]
a iustitia curriculo decidere faciat. Difficile autem tentationum
[illegible] impositiones [illegible] Dei [illegible] fueri-
mus: quod assiduis precibus nobis esse implorandum docuit, Iubens
nos orare omnes: Et ne nos inducas in tentationem, sed libera
nos a malo: [illegible] peccata [illegible]
ut in potestatem tentatoris tradamur: quod ne [illegible]
[illegible] exorandus est Deus. [illegible] Paulus [illegible]. Si hoc
tentabit [illegible] quibus
[illegible]
[illegible] Gregorius: [illegible]
[illegible] et monet [illegible] fortes in fide [illegible]
est resistendum, et fugiet a nobis.

De

iij. TENEBRÆ sunt et dicuntur Dæmones et infideles: quia in
nihil videntur quam [illegible] perpetua quadam pri-
uatio: De his Christus. Ambulate inquit in lumine, ne
tenebræ vos comprehendant. Et D. Paulus de Christo scribens
Eripuit nos inquit de potestate tenebrarum idest Dæmonum
qui etiam Rectores tenebrarum appellantur, idest malorum ho-
minum qui Dei lucem carent, sicut et Dæmones, qui tenebræ sunt
in quibus nulla omnino lux veritatis reperitur. sicut in Deo nullæ
sunt mendacii tenebræ, sed totus Lux ipsa est. Quemadmodum et
Diabolus totus tenebræ est. neque aliud tractat et operatur quam te-
nebras, his delectatur, his suos inuoluere studet et omnia facit
~~et omnia facit~~ ne veritatis lux mundo affulgeat: illam extin-
guere totis viribus conatur: quia ut inquit Dominus, qui male agit
odit lucem neque venit ad lucem ut non arguantur opera eius quia mala
sunt: propterea Dæmones tenebras amant. Etsi quandoque transfigu-
rat se in Angelum lucis: id enim facit ut homines tenebris offu-
scet. [illegible] lux, quæ in illo esse potest, tenebræ sunt. Ipsæ
tenebræ quanta erunt? Et si veritas illius mendacium est, Mendacium
quale, ac quantum erit? Sunt itaque Dæmones tenebræ lumine
veritatis penitus carentes: et sunt Rectores tenebrarum harum.
Dæmones enim inquit D. Hieronymus, uniuersorum vitiorum
prouinciam sortiti sunt: ut sint Rectores tenebrarum: quia esse lucis
principes noluerunt: qui cum collaetantes aliquem suspicantur
eumque viderint corruere, statim eum suo more, et suis tenebris
quibus principantur, amiciunt. Hæc ille.
Et [illegible] de Angelo, qui lucis figuram accipiat ita
scribit: Transfigurat se in Angelum lucis, ut fallendo in aliquam

perniciem

perniciosa non est. Nam quando sensus corporis fallitur [illegible]
non movet a vera rectaque sententia, qua [illegible]
multum est in religione periculum, ne cum se [illegible]
et facit sive dicit quae bonis angelis congruunt [illegible]
periculosas Christianus [illegible] cum [illegible] per haec [illegible] ad
sua incipit ducere, tunc eum dignoscere [illegible]
et necessaria vigilantia est. Haec D. Augustinus.

116 Tortor vide Exactor et Minister
117 Vastator vide Praedator
118 Ventus urens vide Spiritus
119 Ultor vide Minister
120 [illegible] vide Occupatores
121 Volatilia vide Volucres.

122 Zabulon passim apud Patres appellatur Diabolus: quia, inquit D. Hieronymus in Esaiam ad 9. cap. et nobis Zabulon quandam similitudinem [illegible] Zabuli habet ~~[illegible]~~ κατήγορου idest accusatoris [illegible] quod semper homines ad vitium delectavit et de cælestibus ad terrena convertit. Hac ille. Cum autem Zabulon non Hebraicum sed Latinum nomen זבל et fimum stercusque significat, quod [illegible] fuit [illegible] sit [illegible] Est itaque Diabolus [illegible] et stercus vilissimum [illegible] Deo Angelis et hominibus abominandum, quem qui [illegible] amplexantur. Merito autem Dæmonum nominatio [illegible] in [illegible] desinunt, cum illi omnium creaturarum sint detestabilissimi et abominabilissimi. Ruffinus Aquilei. in benedictiones Patriarcharum Zabulon Fluxus noctis interpretatur: quæ interpretatio optime Diabolo competit, qui a supremo [illegible] in profundissimam noctem defluxerit, et defluat semper in easdem tenebras alios pertrahere studens et semper [illegible] in pœnis defluens: [illegible] in [illegible] foetentissimo [illegible] resolvatur. [illegible] Basiliscus qui Heb. est צפע Zipha et stercus itidem sonat.

Appendix ad superiora: et de Ecclesiastica Hierarchia.

Hæc sunt nomina Dæmonum et eorum attributa, quæ ex sacris scripturæ fontibus deprompsimus: placet et etiam addere ortum præcipuorum maximos, de quibus in sacra historia mentio fit: et sub quibus nominibus Dij a gentibus colebantur. Nam omnia eorum nomina recensere perdifficile admodum est: quorum Varo uix triginta millia potuerit numerare, cum reuera sint innumerabilia et prope infinita. Nam non solum singulæ ciuitates et terræ, sed domus, familiæ, et quilibet homo multos et prope innumerabiles colebant Deos: non solum singulis terris et ciuitatibus, sed animalibus et plantis singulos Deos præficientes et proprijs nominibus eos colentes. Id enim est malignorum spirituum studium, ut non solum diuinos honores sibi usurpent, sed ut multiplicatione Deorum turbæ intrudant quæ [illegible] et ueri Dei cultum obruant, et ex mentibus hominum funditus tollant. Propterea ad eam mentis cæcitatem homines adduxerunt, ut pro Dijs non solum Cælum et Terram Mare, Solem, Lunam et Stellas, sed homines alioqui pessimos, et mulieres infames, nec non bruta et plantas haberent, et uenerarentur. In quam impiam dementiam uniuersi populi et nationes, uirique sapientissimi uiri ab ipsis Dæmonijs

exercitus lati sunt: et in ergastulis ferme quatuor mille ab orbe
condito confirmati et stabiliti sunt. Quo longissimo temporis interuallo
paucissimi extitere uiri sanctissimi, qui ab hoc comuni conta-
gio, Dei munere, liberi extiterint: qui unum tamen Deum uerum
coluerunt: quorum decem tantum ante diluuium, et totidem
post, usque ad Abrahamum numerantur. In cuius familia et
successoribus posteritatis Dei cultus est seruatus, licet plerumque
etiam apud illos, fere et opera Daemonum fuerit corruptus, q
tamen paulo post, sanctissimorum patrum studio, restitutus est:
donec Messias Deus et homo aduenit, qui mortem suo caput
serpentis contriuit, illius Regnum euertit, falsorum Deorum
nomina et cultus e terra sustulit: et Dei Regnum ac cultum
restituit: Itaut nunc ubique terrarum, falsorum Deorum nomini-
bus abolitis, unius Dei nomen tantum sanctissimum colatur.
Quo singulari facto declaratum est, Christum uere Deum esse
qui plus possit, quam omnes simul Daemones: qui solus eos
omnes e terra profligauerit, et non Deos sed Daemones esse
pessimos declarauerit, et pro his liberi ab omnibus fecerit.
Horum itaque nomina cum prope infinita et innumerabilia sint,
non omnia enarranda suscepimus, sed ex tantum delegimus,
quae in diuinis scripturis occurrerunt et a sanctissimis patribus
et uatibus confirmata sunt: ut ipsorum Daemonum ingenium
et naturam nobis exploratam facerent. In quibus quidem
sacris libris cum quaedam nomina Daemonum contineantur,
qui a Samaritis et aliis gentibus pro Diis colebantur, ea prius

superiori

superioribus addenda, et paucis explicanda nobis esse, ... aliquod nomen earum, quod in eis reperiatur, praeterquam a nobis ...eatur, operae pretium duximus.

Illud autem in primis praecerto habendum est, quod attestatur Propheta, Omnes scilicet Deos gentium Dæmonia esse: quae etsi sint anonima, sibi tamen per suos cultores nomina imponebant, ut invocarentur, et mentitis nominibus homines deluderent.

4. Reg. 17 In libris itaque Regum mentio quorumdam Deorum fit, quos sibi diversi Samariam incolentes fecerunt, ut eos, non tantum Deo uero colerent. Viri (ait) Babylonii fecerunt Socoth-Benoth: Viri Cuthe fecerunt Nergel: ... de Emath fecerunt Asimal: porro Hevei fecerunt Nebaham et Tharthac. Hi autem, qui erant de Sepharvaim, comburebant filios suos igni Adramelec et Anamelec, et nihilominus colebant Dominum etc. Non enim veretur ille e directo prohibere, quin Deus adoretur: imo id permittit, dummodo consortium existens, ut ipse quoque cum illo adoretur, et pari honore afficiatur: et ita indirecte Dei gloriae et honori adversatur. Cum Dominum tentaret in monte excelso, non illi dixit: Non adores Deum, et haec omnia tibi dabo: sed si cadens (inquit) adoraveris me, Haec omnia tibi dabo. Sat ergo sibi fuerit ad Dei honorem diminuendum, et nostram perniciem comparandam, si cum ipso Deo et Christo adoretur. Propterea permittit, ut in prestigiis Dei et Christi ac ... Angelorum nomina misceantur: ut uel ... nomina suam

sub apparentiis [illegible] propinet. Permittebat ergo ut Dii colerentur, modo æque, ille cum eo veneraretur, et pro [illegible] haberetur.

Soccoth vel Succoth Benoth a Babiloniis appellabatur Dæmon, et sonat tabernacula filiarum. Tabernaculum autem pro protectione et tutela [illegible]: filiarum vero nomine, civitates subiectæ [illegible]. Dæmones ergo Soccoth Benoth Dii Tutelares et Protectores civitatum sibi [illegible] appellabantur: ut his speciosis nominibus ad se colendos allicerent homines, et earum curam et patrocinium susciperent: cum tamen revera earum perniciem et interitum curent, scientes Deum Opt. Max. Idolatriæ peccato [illegible] concitari, et civitates delere et evertere [illegible]. Verius itaque Dæmones civitatum proditores et eversores, quam tutelares fuerant appellandi. Ad æmulationem tabernaculi quod Moises primum, mox David Dei iussu construxerant, Dæmones se tabernacula filiarum compellarunt: ut homines a vero Dei ad Dæmonum cultum avocarent, et [illegible] qui essent Tabernacula filiarum.

Sercel [illegible] Dæmon dicebatur, quod explorans seu [illegible] interpretatur. Explorans autem idem est, quod [illegible]: quod epitheton soli Deo convenit: qui scrutans corda et renes Deus appellatur et est: quod tamen mentito sibi usurpat Demon: qui non ex certa scientia, sed inquisitione [illegible] cognoscit: [illegible] quidem Sagax inquisitor potius quam [illegible] Dei [illegible]: qui tamen facile decipiatur, ut videre est [illegible] oraculis, quæ [illegible] et falsa [illegible] sunt et amphibola: [illegible] multa præsentire potest

sed ex certa scientia futura cognoscere, et abscondita cordium penetrare solius Dei. Ad cuius aemulationem, se Nergel idest Explorans appellavit apud Cutheos: et Lucernam eorum, cum tamen sit Lucerna obscura et extincta, non lucem sed tenebras afferens et offundens.

Asima viri de Emath fecerunt sibi in Deum: et [illegible] oblatio est pro peccato. Observandum hic diabolus quod, etsi plerumque oblationes constituisset Deus per Moysen, nullam tamen oblationem pro peccato tradidisse: id enim Christo tantum relinquendum erat: iuxta illud: Sacrificium pro peccato non postulasti. Tunc dixi: Ecce venio. Ut itaque diabolus huic privilegio soli Christo concesso [illegible] faceret, se à viris Emath Asima idest oblationem pro peccato appellari fecit: ut sic graviter in Deum peccarent, apud quem solum expiatio peccatorum est.

Nibaz et Tartac fecerunt sibi Hevei in Deum: et significat fructificans vel germinans, aut prospectum, seu loquens visionem. Tartac vero occultus sive conclusionis sonat. Diabolus enim cum ob suam subtilitatem et agilitatem, necnon multarum rerum, ob diuturnum usum, peritiam, multa super homines possit, facile per falsas species, sensus hominum deludit, sive vigilent sive dormiant: quos ut videre, audire, loqui et agere ea sibi videri [illegible]: quae minime vident audiuntque aut agunt(?): Quas praestigiosas delusiones, divinas potius esse visiones diabolus male cautis persuadet: hinc plena prophetarum somnia ex [illegible] sunt: sicuti Satan dixit: Egrediar, et ero spiritus mendax in ore prophetarum.

Ophiani heretici sic appellati quod serpentem coluerit nam iis fuisse uerisimile daemonem draconem Tartarauch [illegible] pro nobis habebant, qui serpentem in capite insignitos. [illegible] Tartarauch dicebant, Apud illos pro diis habebant Iadaunach, Satir, Sabaoth, Astaphaeon, Eloiorum, Sammael, Iris et Salia, Eloon, Adonaeum, quorum nomina ad dei nomina alludunt, ut diuinitatis honorem sibi arrogant et ut docet Origenes lib. 6 contra Celsum.

Tartac autem idest absconsus et concatenatus dicitur: quod occultissimis et abstrusissimis modis ita mentibus mortalium illabitur, ut illis quasi catenis indissolubilibus coniungatur, et eos in erroribus pertinacissimos faciens: unde uox illa Asinus, apud Chaldaeos sonat: ut uel sic Asinum pro numine habuerunt: sicut Cornelius Tacitus à Iudaeis habitum fuisse testatur: quod illius ductu aquarum scaturigines inuenti essent. Asinum itaq se illum fuisse Aeneis significat [illegible] ab ipsis uti Deum colendum. #

Adramelec et Anamelec Daemones erant de Sefraim Dij erant et illis filios suos igne comburebant: alter potentia, alter uero Responsio Regis interpretatur: ut significarent penes se esse supremam potestatem, et certa oracula edere: qui ita homines dementauerant, ut illi filios suos honorare et comburere non dubitarent: quemadmodum Abraam filium suum Deo immolare et igne consumare paratus extiterat: et post ipsum Iephte filiam suam in sacrificium mactauit: quorum alter à Deo iussus, alter spiritu sancto afflatus filios obtulerunt. Quod quisquis temeritate motus faciat, puniendus erit. Achaz et Manasse ~~[illegible] et Dei~~ legem huiusmodi faciens passi ~~Gentium~~ Regibus, qui filios suos per ignem traduxerant consortio: et Dei legem huiusmodi faciens proculdubio transgreditur: idq praesertim, cum non Deo sed Daemoni huiusmodi sacrificium fiat. Ut itaq Diabolus contra Dei praeceptum homines facere induceret, et illius honorem sibi uendicaret: humana sacrificia sibi offerri homines docuit:

ut in

ut in Deum et in homines simul iniurius esset. Quod Regi Palmenti et Despotis applicauit: ut suos cultores falleret. Docens Regem hoc supponere et velle: Quod Diaboli consilium non solum Manasses et viri Hebræorum, sed alij quoque populi, scilicet Angli, Scoti et Galatæ aliquando sequuti sunt, filios suos Dæmonijs immolantes, et per ignem traducentes.

Tertio Reg. cap. 11 Salomon coluit Deam Sydoniorum Astarthem, Deum Moabitarum Chamos, et Ammonitarum Deum Milcon: qui erant gentium illarum Dæmonia. Astarthem divitias sonat: S. Augustinus Iunonem: alij Venerem: alij Lunam esse volunt. Divitiæ autem interpretatur: quod illa ab huiusmodi Dæmone hominibus impertirentur. Nam Tentator Christo dixit: Hæc omnia mea sunt, et cui volo do illa. Qui itaque divitiarum essent percupidi, Dæmonem Astarthem colebant, tanquam earum dispensatorem, verum Deum bonorum omnium authorem postponentes.

Huc alij esse volunt Mamona Deum divitiarum quem Græci Ditem et Plutonem appellarunt qui se colentes ditaret. Mammonæ meminit Christus dicens, Non potestis Deo servire et Mammonæ. Similiter, [illegible] homines [illegible] divitias quas iniquas [illegible] appellat [illegible] distributae, quas cum Deo [illegible] militia sibi usurpabant Dæmones, ut hoc mendacio pellicerent homines ad se pro Deo [illegible].

Chamos sicut quidam interpretantur: est Daemon a quo vera intelligentia proficiscatur: quæ quasi palpando acquiritur, ignorantiæ velum auferendo: propterea quasi auferens interpretari potest.

Milcon vero Rex eorum significat: quasi Dæmon regna habeat in sua potestate, et pro suo libito ea dispenset.

Tres istos Dæmones Salomon mulierum illecebris inductus coluit, divitias quidem altas habens et sapientiam intelligentiamque, qua præditus erat, nec non Regnum quod acceperat [illegible] illis acceptum ferens: oblitus autem

hec omnia a Deo accepisset: unde Idolatra effectus, nisi pecc.
poenitentiam egisset, omnino salus illius esset deploranda:
sed ex his, quae scripsit in libro Proverbiorum cap. 24. Posui
in corde meo, et exemplo didici poenitentiam, legit D.
Hieronymus. Et in Ecclesiast. Vidi, ait, quae fiunt sub [illegible]
[illegible] quibus Hebraei luculenter illius poenitentiam pro[illegible]
[illegible]ntur. Labi autem est a Deo permissus in tam nefarium
crimen, ut illius pravum exemplo discerent omnes, quae et quanta
sit Daemonum malitia, et hominis, quamvis sanctissimi
et sapientissimi, imbecillitas: quamobrem omnino a Deo est
pendendum, et numquam nobis ipsis fidendum, sed semper
spe et metu [illegible]andum.

Nisroc nomen est Daemonis, quem colebat superbissimus Sennacherib
et vexillum delicatum interpretatur: qui tanquam fidissimum
[illegible] sibi esset sequendus, et quasi ipse esset signum et
vexillum, quod in nationibus elevandum esset, sicut per pro-
phetas suos promiserat Deus. Radix Jesse, inquit Isaias,
qui stat in signum populorum: hoc illud [illegible] perperam sibi
usurpabat improbus Daemon, se vexillum [illegible] appellans.
Nam epitheton Delicatus Messiae est proprium: sed Sennache-
rib exitus declaravit, quam [illegible] nomina sibi
usurparet: quando Daemonis consilium sequens ipse cum
toto exercitu profligatus interierit. Nam ipse cum Deum
suum adoraret Nisroc, filii eius percusserunt eum gladio:
Et Angelus Domini centum octoginta ~~millia~~ quinque millia
in castris Assiriorum percussit. Angelus autem iste malus
fuit Daemon: per illum enim huiusmodi facit strages Deus
[illegible] exitus eorum qui Diabolum sequuntur et consulunt.

Ineam

In eodem lib. 4 Reg. cap. 5 habemus quod Naaman ille leprosus adorabat Deum qui Rimon dicebatur: qui certe Dæmon erat; et Malum Punicum interpretatur. Ille enim uetustus, ut suorum fecerat Dei filio Christo, iuri attributa sibi arrogabat: propterea eum Sponsus

Cant. 2 a Salomone Malo punico illum fuisse comparatum, ut se illi æquipararet. Rimon uoluit appellari: exhibe maius est Malus: ille quo qui comedat, ut omnia mala sentiat est necesse, cum illa omnia secum afferat

Iud. 16 Dagon etiam apud Iudices Dæmon erat: cuius Idolum pro Deo uenerabantur: sonat frumentum: ut significaret frugum copiam, et frumentum a se uno expetendum esse: non autem a Deo Israel: cum tamen ipse fruges uarijs modis infestare, et tollere nitatur: nihilque magis hominibus inuideat, quam uictum. Dagon etiam est piscis, ut piscium copiam a se esse significet: ne quid sit in terra, aut in aquis, quod arrogantissimus ille spiritus sibi non tribuat, ut se Deum praestet. Cur autem piscis sit comparatus suo loco diximus.

Magi etiam et Arioli appellati sunt Dæmones Leuit. 20. Anima ait, quæ declinauerit ad Magos et Ariolos, et fornicata fuerit cum eis, interficiam illam de medio populi sui. Magi autem dicuntur quod praestigijs [illegible], sensibus nostris obtrudant: illos decipiunt: et futura mendacio prædicent ariolantes, quæ minime sciunt aut scire possunt. Cætera uide uerbo Pyton.

Amos 5. Act. 7 Rempha Dæmonis nomen est ut habetur apud Amos 5. et in Act. 7. Suscepistis, inquit Stephanus, Tabernaculum Moloc, et Sydus Dei uestri Rempham: est autem Heb. כיון Chiun, quod placentulam sonat: et sidus Saturni esse [illegible]: cui placentulas

offerebant. Ad aemulationem et imitationem Christi hoc sibi indidit nomen Doemon: quod de Messia scripserit David: Erit bacca seu placentula panis in vertice montium. Vt itaque significaret se esse illum, de quo hec scripta sunt, se Templum appellari ac placentas sibi offerri voluit. Nam Diabolus Christi simia optime est appellatus: quem perscape imitari studet, non ut sequatur, sed persequatur, et fidem ac illum abroget. Varie scribit Tertullianus Diabolus aemulatus est veritatem: affectavit illam ut quando defendendo conuertere: sed cum veritas omnium sit fortissima, et maneat in aeternum, ea in Christo invalescente, omnes ... tenebra abscessere. Illi itaque Diabolici spiritus cum suis idolis et ... Deorum nominibus cessere: et unus tantum Deus in toto terrarum orbe colitur: et nomen illius tantum extollitur. Nam Deus non solum bonorum Angelorum opera ad suam promerendam gloriam sed malignitate etiam malorum Daemonum utitur: quia e malis bonum elicere solus novit. Velint enim nolint Daemones non nisi qua vult Deus faciunt, et gloriae illius inserviunt. Sunt et alia permulta nomina Daemonum barbara et ignota apud Graecos Scythas et Indos, ut Gnongotiron, Thagesmana, Araem Pacan et Tamiti: de quibus fit mentio apud Origenem contra Celsum: sed quia nostri instituti ratio est, ut ea tantum Daemonum nomina ... explicemus, quae apud sacros libros reperiuntur: de quibus certa quaedam ratio reddi potest reliqua silentio praeterire decrevimus.

De Incubis vero et succubis vide supra verbo Spiritus fornicationis

De Ecclesiastica Hierarchia

Sed postquam tam Angelorum quam Daemonum nomina et attributa explicuimus, quae ad caelestem et invisibilem Hierarchiam spectant, par esse videbatur, ut aliquid de Ecclesiastica Hierarchia, quae ad exemplar caelestis et superioris Hierarchiae ex bonis et malis Ecclesiae ministris constituitur, subiiceremus. Inprimis itaque sciendum est, quod quemadmodum mundus iste visibilis et sensibilis conditus est a Deo ad exemplar mundi intelligibilis et invisibilis, in quo caelestes Angelorum Hierarchiae Deo administrantium constitutae sunt: sic in mundo hoc visibili, et sensibili Ecclesiasticam Hierarchiam ad exemplar Hierarchiae caelestis constitutam esse voluit Dominus. Propterea cum Dominus multa iniunxisset Moisi ad Ecclesiasticam Hierarchiam pertinentia et politiam: Vide (ait) omnia facies secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est. Apud Deum itaque est vera Hierarchia in caelestibus: in Ecclesia vero est illius exemplar: quod [illegible], quoad fieri potest, respondeat: ita ut duae sint Hierarchiae: altera quidem caelestis et vera: altera ecclesiastica et mystica: De quibus disertissime scripsit omnium Theologorum praestantissimus Dionysius Areopagita Pauli discipulus et martyr egregius. Caelestis et vera triumphat, terrestris et mystica militat. Ambabus unus Hierarcha [illegible]

omnes, et sua virtute eas moderatur. Qui Monarcha cum sit trinus et unus pater filius et spiritus sanctus, tales esse oportebat eius homines ... Hierarchiam spectantes. Ut itaque tres sunt coelestes Hierarchiae: quarum quaelibet tres habet ordines ita sunt tres Hierarchiae ecclesiasticae singulae tres ordines habentes. Coelestibus (ut diximus) praeest Deus in Christi visibili forma humana: qui propterea Trinus et Unus dicetur ex similitudine animae et corpore consistens. Ecclesiasticis Hierarchiis Christus quidem sua divinitate, at non praesentia sui corporis, quod in coelum sustulit, sed ministerio sui successoris et Vicarii praeest: qui, ut illius Auctor, Unus et Trinus est Homo Apostolus et Christi Successor. Hic in primis fuit D. Petrus, Petra a Christo cognominatus: ut cum suo nomine successionem suam illi conferret: ut qui Petro legitime succederent, Christi Successores et Vicarii censerentur: ideireo trina illa interrogatione: Petre diligis me plus his? universum gregem illi commendavit ter, dicens: Pasce oves meas: pasce oves: pasce agnos meos. Monarcham itaque Petrum et successores constituit Christus: qui ut ille invisibili et divina sua virtute: ita ipse visibili ministerio Ecclesiam administret. Et ut in administratione utriusque Ecclesiae ministerio Angelorum suorum utitur Monarcha coelestis: ita Monarcha Ecclesiasticus opera et ministerio utitur ... Quorum ordines ut Angelorum ordinibus respondeant necesse. Sunt itaque tres Hierarchiae Ecclesiasticae tribus Hierarchiis Angelorum respondentes, singulae tres ordines

continentes

continentes. Prima Cherubinos Seraphinos ac Thronos continendi sacrum et Hierarchicum Cardinalium Collegium respondet, Cardinales, Episcopos, Presbiteros et Diaconos continens. Secunda vero Spirituum sanctorum Hierarchia Dominationes Potestates et Principatus comprehendens, ordines Patriarcharum Archiepiscoporum et Episcoporum respondent. Tertia tandem Hierarchia Presbiteros Diaconos et reliquos clericos continens Virtutum Archangelorum et Angelorum ordines nobis referunt.

Verum Ecclesiastico Monarchae necesse est ut summum supremi Auctorem studio vigilantia et charitate imitetur, si ab eo coronari gloriae et incorruptionis corona voluerit. Ita quilibet ex quovis ordine Ecclesiastico Angelos sui ordinis et officio et vitae integritate imitari debet, si inter illos recenseri voluerint.

Episcopi itaque Presbiteri et Diaconi Cardinales ad primam et potiorem Ecclesiasticam Hierarchiam spectantes Angelos primae et eminentioris Hierarchiae Cherubinos Seraphinos et Thronos repraesentare debent. Cherub in primis sicut multitudo, vel scientiae multitudo interpretatur: quod illi prae multis inferioribus a summo Monarcha accipiant rerum divinarum intelligentiam, ut caeteris eam communicent subiectis ordinibus ^ Cardinales itaque ea rerum divinarum intelligentia et scientia praediti esse debent, ut ab illis ceteri eam consequi, ... ex eorum fontibus exhaurire possit.

(ut ipse (inquit Dionysius) hierarchicus ordo repletus plenitudine, et sapientiae traditione, et communicatione ad similia genera.)

Cherubin autem et similitudinem facie sunt effecti Dei iussu. Cardinales non quidem ..., sed (ut D. Paulus ...)

malitia pueri esse debent. Nam Dominus aperte dicit: Nisi effi-
ciamini sicut paruuli, non intrabitis in Regnum cælorum:
Non superbi et elati, non difficiles et ultores: sed humi-
les benigni affabiles et faciles esse debent.

Cherubin ad custodiam ligni uitæ positi sunt cum gladio [illegible]
ac ut Moises [illegible] [illegible] fingeret, qui alis suis Arcam et
Propitiatorium protegerent iussus est. Nam Cardinales
uerbi Dei gladio uitæ Auctorem tueri, et summa [illegible]
ac diligentia, quæ eorum [illegible] [illegible] [illegible]siam et Sacrame-
ta illius protegere debent.

Gen. 3

Seraphim autem, qui Incensi et Incendentes interpretantur,
et sex alas habere [illegible]: quarum duabus facies suas
duabus uero pedes suos uelabant, et alijs duabus [illegible] [illegible]
noctuq Deum Trinum et Unum laudibus efferentes Car-
dinales in primis imitari decet, Dei charitate incensi, et
inflammati existentes, et cæteros omnes [illegible] complectentes,
Quibus sint sex alæ illa Spiritus scilicet Sancti sex munera
quibus [illegible] erga Deum et homines [illegible] [illegible]
sed solius Dei gloriam quærentes, et alios ad eam curandā
incitantes. Purpura et byssus, quibus a planta pedis usq
ad uerticem sunt induti, undiq charitate eos flagrare opor-
tere significat.

A necalefaciens sit diu- nglius pilla iferiore, uelu- cens ssimilem caliditati [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], ea que [illegible] holocausta [illegible] [illegible] ex- [illegible].

Thronis etiam in Ecclesiastica Hierarchia similes esse debent
Cardinales. In eas enim [illegible] Apostolorum locum tenent:
de quibus Propheta: Illic sederunt sedes in iudicio. Nam
et Salomon iusti animam, sapientiæ sedem appellauit.
Significat autem Cardinales ea iustitia, grauitate, et in-

ita

ita firmos stabilesque esse oportere, ut Deum in illis sedere in-
dicare et acquiescere [illegible]: et cum D. Paulo dicere possint
Vivo ego, iam non ego, vivit vero in me Christus: et alias
An experimentum eius quaeritis, qui in me loquitur Christus?

propterea Thronos [illegible] [illegible] appellat.

Tales quidem esse oportet omnes Cardinales: et eo caeteris meliores
et praestantiores, quo Monarchae Summo Pontifici sunt
proximiores: qui illius oculi aures et os sunt: quae si prae-
stantissima sensoria si corrumpantur [illegible] in Germani-
totum corpus ut pessum eant necesse. Si oculus tuus fuerit
[illegible] tenebrosi sunt, totum corpus tuum tenebrosum erit.
Propterea cum a pristina et avita innocentia cecidisset prae-
cipuus ille ex prima Hierarchia Cherub Lucifer appellatus
cum illo multi ex omnibus subiectis ordinibus inferiores
Angelorum corruerunt, maiori lapsu corruentes, qui ex
altiori statu decidissent.

Quicunque ex Cardinalibus, a supernis Cherubin, Seraphim et
Thronis in suo munere multum degeneraverint: et cum
Angelis illis apostaticis a Deo et a praelato ad impietatem de-
fecerint: cum illis etiam apud inferos acerbius cruciabuntur,
quam caeteri inferioris ordinis administri: potentes enim
Sap. 6 inquit Sapiens potenter tormenta patientur: Et Dominus:
Luc. 12 Cui plus commendaverunt plus petent ab eo.

Eadem fere nobis de secunda ecclesiastica Hierarchia dicenda veniunt quae
secunda caelestium spirituum Dominationum Potestatum
Principatuum et Potestatum [illegible] et imitatrix esse videtur,
in qua Patriarchae Archiepiscopi et Episcopi numerantur:
ad quos a Summo Hierarchico Ecclesiastico per Cardinales
huiusmodi ecclesiastica munera derivantur: sicuti a Deo et

Christo per Cherubim et Seraphim divina scientia et
munera in Dominationes Principatus et Potestates [illegible]fun-
duntur: qui rursus recepta ad inferiores tertiae Hierarchiae
ordines transmittunt: unde Dominationum Principatuum
et Potestatum [illegible] depi: non quidem [illegible]
principatum et potestatem tyrannico more exerceant, sed
quod quae acceperunt inferioribus communicant. Dominatio-
nibus itaque comparantur Patriarchae: quia provinciae Christia-
nae illis sunt commendatae, in quibus Archiepiscopi et Epis-
copi sunt: quorum illi Principatus appellari possunt: quod
Episcopos aliquos subiectos habent, et Suffraganeos. Episcopi
vero Potestates dicuntur: quia etsi vel Patriarchis vel Archi-
episcopis subiecti sint, liberam tamen habent suarum
Ecclesiarum administrationem: et potestatem exercent in
inferiores tertiae Hierarchiae ordines in quibus illam accipiunt.
Haec autem Dominatio Principatus et Potestas ad Ecclesiae
aedificationem spectat: in qua ipsis Regibus Principibus et
Potestatibus maiores sunt. Vide (ait Dominus Hieremiae)
Constitui te hodie super gentes et super regna, ut evellas et
destruas, aedifices et plantes. Cum itaque Primates Archiepis-
copi et Episcopi omnimodam potestatem principatum et
dominationem habeant in Ecclesia, Dominationibus divinis
Principatibus et Potestatibus comparantur. Quam quidem
potestatem intrepide quidem, sed cum charitate et prudentia
ad Ecclesiae aedificationem non autem destructionem exercere
habent. Nam cum Primates Archiepiscopi et Episcopi
septuaginta discipulorum locum teneant, habent sibi a
Domino traditam potestatem super omnem potestatem inimici

A sese quod fieri potest Dei formes [illegible]

Hier. 1.

Propterea

Propterea si Reges Principes et Potestates homines Christiani sunt, quam potestatem in illis exercere [illegible] timere debent eos, qui occidunt [illegible] sed eum, qui mittere potest in gehenam ignis. Quod certe supplicium eos manet qui vel per otium et luxum potestate Ecclesiastica abutuntur, vel [illegible] et [illegible] similes Angelis apostaticis effecti qui potestate sibi tradita contra Deum, et ad Ecclesiae destructionem [illegible] : quibus [illegible] habebunt qui potestate Ecclesiastica abusi fuerint. Quanam ratione Praelati dominari debeant, docet D. Petrus: Non coacte (inquit) sed forma facti gregis, quae alijs praecipiunt primi opere exequentes [illegible] illud Pauli in [illegible] singulis semper habentes praeceptum illud Domini: Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, et glorificent patrem uestrum, qui in caelis est. Ita enim similes erunt Angelicis Dominationibus, Principatibus et Potestatibus: et cum illis beati perpetuo in caelis uiuent.

Hierarchia porro tertia Ecclesiastica, Presbiteros, Diaconos, et Clericos [illegible] continens, [illegible] Hierarchiae [illegible] Archangelos et Angelos [illegible] [illegible] omnibus [illegible] ad eosdem etiam [illegible] baptizandi [illegible] quod [illegible] proprium esse [illegible] [illegible]

peccanti, quam de singulis quibusque [illegible]. Ita enim fiet ut post hanc uitam inter [illegible] Archangelos et Angelos a Deo collocentur. Qui si uitijs se contaminauerint, plebes sibi commissas uerbi Dei pabulo non nutriuerint, et otio luxuriaque imbuti, cum Diabolo et Angelis eius in supplicium aeternum relegabuntur. Iudicis enim [illegible] audient sententiam illam irreuocabilem: Ite maledicti in ignem aeternum, qui paratus est Diabolo et Angelis eius. [illegible] quisque pro sua [illegible] [illegible] praemia recipient in caelis, qui in suo ministerio probati fuerint: [illegible] enim audiet: Euge serue bone et fidelis intra in gaudium Domini tui.

Haec et alia huiusmodi qui recte perpenderit, Ecclesiasticas dignitates [illegible] ambiendas et obtinendas [illegible] esse facile iudicabit. Multi enim sunt, qui in eis delitescunt, pauci uero qui pro dignitate in eis uersantur. Quia multi sunt uocati, pauci uero sunt electi. In caelesti Hierarchia etsi multi Angeli [illegible] desciuerint, plures tamen illam retinuerunt. In Ecclesiastica uero Hierarchia longe diuersum accidit. Nam etsi multi [illegible] ineant in ea, plures tamen illam deserunt. Arcta enim est uia (inquit Dominus) quae ducit ad uitam, et pauci inueniunt eam. Et Poeta. Facilis descensus Auerni, sed reuocare gradum, superasque euadere ad auras, Hoc opus hic labor. [illegible] [illegible] quod illa [illegible] [illegible] [illegible] Nihil magis facile est [illegible] quam [illegible] : ad uirtutem autem [illegible] [illegible] : uirtutem enim (inquit ille)

posuere

posuere Dij sudore parandam. A labore autem ad otium cum ualde propensi [illegible]

Ecclesiastica Hierarchia.

Sed quales quales sint Hierarchiæ Ecclesiasticæ administri eorum tamen munera Dei patris Domini, filij et spiritus sancti dona sunt, et administrationes, quæ ministrorum administrantium malis moribus uitiari et corrumpi possunt. De ea, deque creatione et summo Hierarchico, ac de illius ordinibus cœlestibus iisdem nouem Angelorum ordinibus respondentibus in priori

1 Cor. 12

Epistola ad Corinthios scribit D. Paulus: Diuisiones, inquit, gratiarum sunt, idem autem Spiritus: Et diuisiones administrationum sunt, Idem uero Dominus, qui ministrat: Et diuisiones operationum sunt, Idem uero Deus, qui operatur omnia in omnibus. Monarcha huius Ecclesiasticæ Hierarchiæ in primis est Deus et Dominus noster, cum spiritu sancto unus Deus: cuius locum in terris tenet legitimus Petri successor: Uniuersa autem Hierarchia, ut superius diximus tripartita est, nempe in diuisiones gratiarum, seu donorum, quæ potissimum spiritui sancto tribuuntur: Et in diuisiones ministrationum seu ministeriorum: quæ Domino iesu Dei filio sunt ascriptæ: Et in diuisiones operationum seu facultatum, quæ patri fonti et origini omnium bonorum assignantur. Tribus autem his diuisionibus tres Ecclesiasticas Hierarchias, ordine licet praepostero, [illegible] otioso complectitur D. Paulus: earum singulæ ordines tres sicuti cœlestis Hierarchiæ habent, [illegible]. Earum enim uni sapientiam scientiam et fidem in spiritu sancto tribuit: Alteri gratiam sanitatum operationem uirtutum, et prophetiam ascribit: Tertiam [illegible]

discretionem spirituum genera linguarum, et interpretationem sermonum habere dicit: Et paulo post in prima Hierarchia Apostolos, Prophetas, et Doctores collocat: In secunda Virtutes Gratias et Ordinationes: Tertio vero loco Gubernationes, Genera linguarum, et Interpretationes sermonum numerat. Qui quidem ordines sic a D. Paulo cognominati, iidem sunt qui a nobis Cardinales Episcopi, Cardinales Presbiteri Cardinales Diaconi Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi Presbiteri Diaconi et Clerici appellantur. Cardinales sapientiam cognitionem et fidem in spiritu sancto habere debent: qui Apostolorum Prophetarum et Doctorum locum in Ecclesia tenent. Patriarchae Archiepiscopi et Episcopi sanitatum in primis animorum gratiam, operationes virtutum et prophetiam, quae potissimum in cominationibus futuri iudicij et pollicitationibus beatae vitae consistit sectari debent. Unde Virtutes Gratiae et Ordinationes denominantur: et hae ad secundam Hierarchiam spectant. In tertia discretiones spirituum genera linguarum, et interpretationes sermonum constituuntur: quas Gubernationes appellat. Nos vero hos Presbiteros, Diaconos et Clericos omnes, quibus singillatim Ecclesiarum cura demandata est, esse dicimus. Quorum omnium nomina etsi mutata sunt, ministerium tamen non est mutatum, sed unum et idem est: et cum ministerio primitivae Ecclesiae concordat, sicutque ministerio Angelorum in coelesti Hierarchia respondet. Utrumque autem ipsi ministri sint boni aut mali, ipsi viderint, et Deus tempore constituto iudicabit.

Nobi

Nobis autem ut alienum seruum ante tempus iudicemus non licet: omnibus uero iniunctum est, ut Dei ministros summa in ueneratione habeamus, et omni honore tanquam Deum ipsum prosequamur: qui enim illos contemnunt, eum ipsum contemptum habuisse: et qui illos suscipiat, Deum suscepisse iudicabuntur. Ministerium enim illorum non est ab hominibus nec è terra, sed à Deo et è coelis uenit: propterea ut diuinum et coeleste est ab omnibus suscipiendum. Qui enim mali sunt, si nos iuuerit Dominus, boni ministri fuerimus, nihil nobis sibi tamen ueniam [illegible]: audient enim iustam Iudicis sententiam. Autem [illegible] [illegible] serui nequam: et eos qui noluerunt me regnare super se adducite huc, et interficite coram me. Fideles porro ministri, quod audient? Serue bone et fidelis, quia in modico fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudium Domini tui. Modicum est huius uitae tempus, quae quasi uapor ad modicum apparens et euanescens: Modicum est ministerium, uita ipsa [illegible]: in quo qui fidelis est supra multa constituitur: uitam enim perpetuam, et quod ista uita [illegible] est, Deum scilicet ipsum consequetur, qui gaudium est et merces magna nimis administrorum suorum. Cui sit gloria et honor in saecula saeculorum. Amen.